
PETRI HYSPANI

TRACTATUS

1489











la feuille B. manque

De la bibliothèque de M. Ch. Thurot.
Acquis par l'École Normale en 1882.



Dicta versoris super septē tractatus magistri petri hyspani cum textu.



Ex libris

[Nota] videtur quod complexum est triplex scilicet vel tantum significati
tantum et vocis tantum | vocis tantum ubi est multitudo termi[norum]
[...] idem significato representancium ut animal racionale dicitur comple[xum]
[...] vocis tantum quia in significat unum significatum vel homo significati tantum
ubi est plurium significatorum accepta quamvis significata una vox re[presentat]
[illegible] est uno termino ut [illa] significationis tantum [illegible]
ista pro hoc est dictum complexum significati tantum Vocis Signi[ficati]
significati simul dicitur illud quod constituitur ex pluralitate vo[cum]
[...]ionum significatorum simul ut hoc est vox animal et significat
simul et duorum suorum representancium vocatur complexum vocis
[...] est vox et significati simul an[...]
Quid est prudencia alia non est vox et significati simul an[...]
[...] mala cum quo recta cognicio bonorum et malorum [illegible]
testacio alterius
Quid est intelligencia est virtus per quam animus ad audiendum
Quid est iusticia duplex scilicet naturalis et positiva
[Quid] de est iusticia naturalis est vis inserta quae natu[ra]
[...] de est iusticia [...]
[...] nos exstitit
Quid est iusticia positiva est quae [illegible] quod [illegible]
est arbitrium
Quid est pietas est virtus per quam homo [illegible]
[...]abiliter se benignum ostendit
Quid est religio est virtus per quam homo reddit quod [illegible]
Quid de observancia est observancie dignitatis [illegible]

[illegible] est ordinabile in genere
Omne ens in complexum extra animam [illegible] [illegible]
[illegible] ens ordinabile in complexum ordinabile in genere [illegible]
[illegible] subsistit vel [illegible] ens in complexum
[illegible] ens ordinabile in complexum ordinabile in genere [illegible] ordinabile [illegible]

De [illegible]
[...] est [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Tractatus primus

Iste est tractatus summula

rum magistri petri hyspani. In quo ipe compendiose determinat de his que in libris logice arestotelis Boetij et Porphirij. plixe tractant. Et dicit iste liber summula per similitudinē ad summam ppie dictam. Est em summa ppie dicta magnus numerus resultans ex aggregatōne plurium quorum numerorum. Et transumptiue p similitudinem ad talem summam aliquis liber in quo est aggregatio pluriū tractatuum paruorum vel capitulorum dicitur summula. z summula est diminutiuum a summa sic accepta transumptiue. Et qr iste liber breuis est z compendiosus. Ideo vocat summula z dicitur Petri hyspani ad denotādam causam efficientem huius tractatus. Ipe em hunc tractatum extraxit ex libris Arestotelis z aliorum logicorum. Et p hoc patz titulus huius libri. Est em titulus denominatio libri fm oēs causas vel aliquas suarum causarum. ¶ Sciendum est pmo. qz huius libri sicut z aliorum librorum quatuor sunt cause. scz causa efficiēs. materialis formalis z finalis. Causa aūt efficiēs dicta est. Sz causa materialis ei⁹ siue subiectū est argumentatio. sicut z totius logice. Cuius ratio est. qr ɔditōes subiecti attributōis sibi ɔueniunt respectu hui⁹ sciētie. Unde tres sunt ɔditōes subiecti attributionis. Una est qz illud sit pncipalit ɔsideratum in scientia cui⁹ est subiectum. Et ideo passiones pncipia z ptes subiectiue et integrales q̄ ratōne subiecti ɔsiderant. z nō pncipaliter nō habent ratōem subiecti. Scda est. qz omnia ɔsiderata in scientia cuius est subiectū habeant reductōnem ad tale subiectū z sub eo ɔtineant quantū ad ratōem ɔsiderādi. Un̄ aliqua reducunt ad subiectū vt pncipia ei⁹ aliqua vt passiones Et aliqua vt partes subiectiue vl' integrales. Tertia ɔditio est qz tale subiectum sit adequatum sciētie cui⁹ est subiectum. Ita qz sub tali ratōne formali in nulla alia scientia ɔsideretur. sed qz sit ppium illi' scientie sub tali ratōne formali ¶ Sciendum scdo. qz subiectum accipitur octo modis. Primo dicitur obiectum alicui⁹ potētie. vt color dicit subiectum visus. i. obiectuz. Scdo accipit p famulo alicuius dñi. vt seruus dicit subiectus suo dño Tertio accipitur p corpore posito sub alio. vt fundamentū est subiectum parietis. Quarto p subiecto accidētis. Quinto p subiecto ppositōnis vt homo ē animal. Sexto capit p subiecto ppie passionis. vt homo est subiectum risibilis. Septimo pro subijcibili vel inferiori alicuius superioris. vt homo respectu animalis. Octauo p subiecto attributōnis de quo modo est hic principaliter ad ppositum qui modi in his versibus ɔtinentur. Obiectuz verna positum sub cui quid inheret Quod prius est copula proprij logica liter infra. Quo sit' ars heret sunt bis subiecta q̄terna. ¶ Diffinit ergo sic subiectū attributōnis. Est quid cōmunissimū pncipaliter ɔsideratum in scientia ad quod oīa ɔsiderata habent reductōem vel reducunt fm eorū formalē ratōem ɔsiderādi nō excedēs metas illi⁹ scīe. ita qz sub tali ratōe formali in nulla alia scīa ɔsideret. Vl' breui⁹. Est quid pncipalr ɔsideratum in aliqua scīa sub cuius ratōne formali considerandi nō excedens metas illius scientie z sub tali ratōe formali in nulla alia scientia ɔsideratur

¶ Sciendum tertio q duplex est causa finalis huius libri. scz extrinseca z intrinseca. Unde finis intrinsecus est pfecta cognitio argumetatois quantum ad sua principia ptes z passiones sicut in qualibz scientia speculatiua finis ꝓpinquus est pfecta cognitio sui subiecti. Sed finis eius extrinsecus est cognitio omniū aliarum scientiarū que per argumentatōnem acquirūtur. Et ideo cum omnis sciētia vera sit bonum z pfectio ipsius anime excedens in pfectōne omnia bona corporis. sequit q logica p quam omnes scientie acquirunt est necessaria z vtilis. Unde bonitas rei z vtilitas attēduntur ex parte finis. ¶ Sciendum quarto. q causa formalis est duplex scz forma tractandi z forma tractat⁹ Forma tractandi est modus procedendi q est diffinitiuus. diuisiuus. pbatiuus z exemplorum positiuus Sz forma tractatus est diuisio eius p tractatus z tractatuum p capitula z capitulorum per partes. Unde in hoc libro sunt septem tractatus Primus est de enunciatōne correspondens libris perihermenias arestotelis. Secūdus est de vniuersalibus correspondens libro predicabiliū porphirij Tertius est de predicamentis correspondens libro predicamētorum arestotel. Quartus est de syllogismo simpliciter dicto correspondens libris priorū arestotelis. Quint⁹ est de locis dyaleticis correspondens libris thopicorum arestotelis. Sextus est de fallatijs correspondens libris elencorum arestotelis Septimus est de paruis logicalibus ꝯsiderans de aliquibus proprietatibus terminorum scz de suppositōnibꝫ relatiuis de ampliationibus de restrictōnibus de appellatōnibus de distributiuis de syncathegreumatibus. qui tractatus nō correspondent aliquibus libris specialibus logice. sed est extractus ex diuersis libris. Et licet via doctrine sequtur tractatum fallatiarum tamen ordine nature debet sequi immediate tractatum predicamentōrum. quia ibi determinat de passionibus terminorum incōplexorum. Et per hoc patēt titulus cause z diuisio hui⁹ libri ¶ Contra predicta arguitur primo sic. Iste liber est tantū vna summula. ergo male nominatur summule in plurali numero Secundo sic Anima est subiectum huius scientie. quia est subiectum cuiuslibet scientie. ergo male dicit q argumentatio sit subiectum huius scientie Tertio sic. Scientia est habitus ꝯclusionis. sed argumentatio nō est cōclusio. ergo de ipa nō est scientia nec est subiectum huius scientie. Quarto sic. Prius nunq̄ reducitur ad posterius. sed principia subiecti pcedunt ipsum. ergo nunq̄ habent reduci ad ipsum subiectum sicut est dictum. Quinto sic. Finis logice est pfectio anime cum sit finis cuiuslibet scientie. ergo perfecta cognitio argumentatōnis non est hic finis cum illa cognitio sit effect⁹ anime consequens suum esse complexum.

☞ Ad primum dicitur q si consideretur iste liber vt est vn⁹ totalis tractatus tunc bene dicitur summula in singulari numero. sed si cōsideretur vt continet plures tractatus ptiales bene dicitur summule in plurali numero. Ad scōm q licet anima sit subiectum inhesionis huius scientie z capiendo subiectum pro subiecto accidentis. Non tamen est subiectuz attributōnis eius de quo hic est ad ꝓpositum. Ad tertium q de conclusione tantum est scientia directe tanq̄ de ꝓprio obiecto eius. sed tamen in

directe est scientia de subiecto 𝔠clusionis ⁊ de p̄dicato ei⁹ ⁊ de principiis et de p̄tibus ipsius subiecti. Modo lȝ argumētatio nō sit 𝔠clusio tamē vt designat̄ p̄ modum incōplexi potest esse subiectum 𝔠clusionis. Ad q̄rtum dicitur q̄ lȝ principia subiecti s̄m suum esse nō habeāt reduci ad subiectum tamē possunt reduci ad ip̄m quantū ad ratōem 𝔠siderādi. Ad quintum dicit̄ negando 𝔠sequentiam. ⁊ causa est q̄ p̄fecta cognitio argumentatōis est ip̄amet p̄fectio anime ⁊ licet ipsa sit effectus anime. nihilominus tamen potest esse p̄fectio accidentalis eius. ⁊ potest p̄ficere ipsam in ordine ad suum vltimum finem q̄ est summa felicitas.

Dyaletica est ars artium scientia scietiarum ad omnium methodorum principia viam habens. Sola enim dyaletica probabiliter disputat de principijs omniū aliarum scientiarum.

Postq̄ est visum de q̄ttuor causis ⁊ titulo hui⁹ libri. Hic 𝔠sequēter accedendū est ad materiā ei⁹. In p̄ncipio tñ autor p̄mittit p̄hemiū suuȝ. Et q̄ in p̄hemio q̄libet autor debet reddere auditorē beniuolū docileȝ ⁊ attentū. Ideo ratōe hui⁹ autor hic ostēdit excellentiā vtilitatē ⁊ ordineȝ hui⁹ scie. Primo diffiniendo dyaleticā dicendo q̄ Dyaletica est ars artium scia scientiaꝝ ad oīm methodoꝝ p̄ncipia viam habēs. In qua diffinitōe ostēdit̄ excellētia ei⁹ cū d̄r ars artium scia scietiarum. Et tāgit̄ vtilitas eius cū d̄r methodoꝝ p̄ncipia viā habēs p̄ cui⁹ intellectu. ¶ Sciendū p̄mo q̄ ars capit̄ dupl̄r. Vno mō special̄r. vt ab arestotele diffinit̄. q̄ est recta rō reꝝ a nobis factibiliū. Et sic ē vn⁹ habit⁹ intellectualis ab alijs distinct⁹. Et hoc mō diuidit̄ in septē artes mechanicas q̄ in versib⁹ 𝔠tinent̄. Lana nemus miles nauigatio rus medicina. His ars fabrilis iungat̄ mechanice sunt. Et dicunt̄ ille artes mechanice q̄ faciūt intellectum mechari. i. cōmisceri cū reb⁹ exteriorib⁹ ⁊ alienari a sua p̄pria opatōe q̄ est speculatio. Alio mō capit̄ ars general̄r vt diffinit̄ a Tullio. q̄ est collectio pluriū p̄ceptoꝝ in vnū finē tendentiū. ⁊ hoc mō est ad quoddā superius ad sciam ⁊ artē p̄prie dictā. Et hoc mō ponit̄ in diffinitōe dyaletice. Ratōe cui⁹ p⁹us ponit̄ ars q̄ scia. Et nō capit̄ hic special̄r vt opponitur scie q̄ sic opposita ponerent̄ in eadē diffinitōe. ¶ Sciendū scd̄o q̄ ars general̄r capta sub se 𝔠p̄hēdit plures habit⁹ intellectuales ab inuicē distinctos. Vn̄ q̄nq̄ sunt habit⁹ itellectuales. s. sapiētia intellect⁹. scia prudētia ⁊ ars. Quoꝝ sic habet̄ sufficiētia. q̄ oīs habit⁹ itellectual̄ vl̄ ē speculatiu⁹ vl̄ practic⁹. Si speculatiu⁹ h̄ ē tripl̄r vl̄ d̄r cognitōeȝ p̄ncipioꝝ ⁊ 𝔠clusionū sil̄ ⁊ sic ē sapia vl̄ p̄ncipioꝝ tm̄. ⁊ sic ē intellect⁹. vl̄ d̄r cognitōeȝ 𝔠clusionū tm̄ et sic ē scia. Si sit practic⁹ h̄ ē dupl̄r. vl̄ ē circa agibilia. ⁊ sic ē prudentia. que est recta rō rerum a nobis agibilium. vel est circa factibilia. et sic est ars. que est recta rō rerum a nobis factibilium. Et omnes isti habitus aliquo modo 𝔠tinent̄ sub arte general̄r dicta. q̄ in quolibet est collectio plurium p̄ceptorum vel regularium ad vnū finē tendentiū. Et q̄

ptz q sub arte communiter accepta ptinent septez artes liberales. qr ille ptinent sub scia que sunt grammatica logica rethorica musica arismetrica geometria astronomia que cum suis actibus in his versibus continentur. Gra loqtur. dya vera docet. re verba colorat Mu canit. ar numerat. geo ponderat. ast docet astra Et haz tres pme dicunt triuiales quasi tribus vijs in vnu finem tendetes. scz in cognitonem sermonis qr gramatica psiderat de sermone congruo vl incogruo. Logica vero de sermone vero vl falso. Et rethorica de sermone ornato vl inornato Sz alie dicuntur quadruuiales. quasi quattuor vijs in vnum finem tendentes. scz in cognitonem quatitatz. qr arismetrica est de quatitate discreta no ptracta. s. de numero. Musica aut est de quatitate discreta ptracta ad sonum. Et geometria est de quatitate ptinua no ptracta. Et astronomia de quatitate ptinua ptracta ad motum. Et dicunt iste artes liberales qr libere offerunt se nostro intellectui sine nimia difficultate. vl qr dirigut nos in operatoem liberam. Et propter hoc physica z metaphysica qr no libere offerunt se nostro intellectui no dicunt liberales. Metaphysica em est de nimis eleuatis supra nostru intellectu. Et physica de nimis impressis materie sensibili. Sufficientia septem artium liberalium sic habet. qr ois ars aut tractat de sermone aut de quatitate. Si de sermone hoc est triplr. aut est de sermone congruo vl incogruo. z sic est gramatica. aut est de sermone vero vel falso. z sic est logica. Uel de sermone ornato vl inornato z sic est rethorica Si de quatitate hoc est duplr. aut est de quatitate ptinua vl discreta. Si de quatitate ptinua hoc est duplr. aut est de quantitate ptinua no ptracta. aut ptracta ad motum. si de no ptracta. sic est geometria si ptracta ad motum sic est astronomia. Si de quatitate discreta hoc est duplr. aut de quatitate incotracta. aut de quatitate ptracta ad sonum. si pmum sic est arismetrica. si scdm sic est musica. ¶ Sciendum tertio q methodus accipitur duplr. vno modo proprie, put est breuis via z recta nos cito ducens ad optatum terminum. Alio modo transumptiue z similitudinarie. z sic est scientia copendiose tradita cito ducens in cognitoem subiecti. z hoc modo capitur in diffinitone ista. Sed cuz dicitur q logica habet viam ad principia omnium methodorum. sensus est omnium scientiarum. Et valet per hoc ad omnium methodorum pncipia. quia considerat de argumetatone per quam inquirimus de pncipijs omnium scientiarum. z nulla alia scientia ab illa docet modum arguedi probabilr. Ideo sola dyaletica probabilr disputat de principijs aliarum scientiaz ¶ Sciendum quarto. q dyaletica accipit vno modo generalr pro tota logica. Alio modo solum pro ista parte logice que traditur in libris thopicoruz. hic autem diffinitur pro tota logica tamen sub nomine illius partis. qr ratione illius toti couenit probabiliter disputare. Et per hoc patz expositio diffinitonis dyaletice. ¶ Contra predicta arguitur pmo sic. ars est de factibilibus a nobis cum ars sit recta ratio rerum a nobis factibiliu Sed logica no est de factibilibus a nobis. ergo logica non est ars. Scdo sic. Modus sciendi no est scientia. sed logica est modus sciendi. ergo no est scientia. Tertio sic. ille genitiuus scientiarum importat excellentiam lo

gice vltra alias scientias cum omnis genitiuus pluralis numeri reflexus supra noiatiuum singularem importat excellentiam. sed logica nō est excellentior alijs scientijs cum multe sunt digniores. vtputa scia de anima metaphysica ꝛc. ergo male dicitur ꝙ logica sit scia scientiarum. Quarto sic. logica est quedam methodus. ergo si doceat viam ad pncipia omniuȝ methodorum tunc etiam docebit viam ad sua pncipia quod est inconueniens. ergo male dicitur ꝙ logica habet viam ad pncipia omnium methodorum. Quinto sic pncipia scientie sunt per se nota. ergo logica nō habet viam ad cognitōnem ipsorum pncipiorum.

☞ Ad pmum dr ꝙ lȝ ars specialr capta sit de tm̄ factibilibꝫ a nobis. tm̄ ars generalr accepta nō est de tm̄ factibilibꝫ a nobis ꝛ sic capit hic. Ad scdm dr ꝙ logica accipit dupl'r. vno modo pro pfecta cognitōe argumētationis que dr logica docens. ꝛ sic est scia ꝛ nō modus sciendi Alio modo p vsu argumentatōnis quo nos vtimur argumentatōe ipa in alijs sciētijs q̄ quidem vsus dr logica vtens. ꝛ sic logica est modus sciendi ꝛ nō sciētia Ad tertiū dr lȝ logica nō est excellētior oibus alijs scientijs in dignitate ꝛ pfectōne. est tamen excellētior ceteris in vsu subiecti ꝛ in applicatione eius ad acquirendum alias scientias Ad quartum dr ꝙ ratōne argumentatōnis p quam possumus inquirere de pncipijs logice. logica valet ad cognoscendum sua principia sm ꝙ argumētatio est instrumentū sciendi. Unde argumētatio in pticulari ꝯsiderata est instrumentū acquirēdi seipam ꝯsideratā sm ratōem suam vlem vel pncipia eius. Ad quintū dicitur ꝙ licȝ pncipia sint per se nota sm se tamen sunt ignota quo ad nos Et argumētatio ex pte nostri valet ad cognitōem ipsorum pncipiorum

Et ideo in acquisitōne scientiarū dyaletica debet eē prior. Dicitur aūt dyaletica a dya qđ ē duo et logos sermo et lexis ratio quasi duorū sermo vel ratio scȝ opponentis et respondētis in disputatōne. Sed qr disputatio nō potest haberi nisi mediante sermone nec sermo nisi mediante voce nec vox nisi mediante sono. Omnis eñ vox est sonus. ideo a sono tanꝗ̄ a priori inchoandum est.

Postꝗ̄ autor posuit diffinitōem dyaletice. In qua diffinitōne ostenditur vtilitas ꝛ excellentia huius scientie. Hic consequenter ostendit de quo ꝛ quo ordine sit in hac scientia pcedendum. Ratōe cuius infert vnuȝ correlariū dicens ꝙ dyaletica in acq̄sitōne scientiaꝝ debet esse pōr. Cuiꝰ ratio est qr pncipia omnium scientiarum ꝛ ꝯclusiones acquirunt per argumentatōnem. sed logica considerat de argumentatōne ꝛ docet modum arguendi. ergo debet pus acquiri ꝙ̄ alie scie. Ideo in acq̄sitōe scientiarū debet esse pōr. ¶ Sciendum pmo ꝙ vna scia potest dici pōr alia dupl'r. Uno mō ordine nature ꝛ pfectōis ꝛ hoc mō scientie reales pcedunt logi

tam. Et ratio est qz ordine nature scientie ordinanf sicut z sua subiecta. Sz ens reale est prius ente ratonis. ergo sciētie reales. vt physica z metaphysica que sunt de ente reali pcedunt logicam que est de ente ratōis. Alio mō vna scientia dicitur pōr alia ordine discipline z quo ad nos. Et hoc modo intelligif q logica sit pōr oībus alijs scientijs. Ideo notāter dicit q nō sit prior simpliciter. sed in acquisitōne omnium aliarum scientiarum. ¶ Sciendum scdō q autor ponit interpretatōem huius nomīs dyaletica quod potest dupl'r deriuari. Uno modo dr a dia scriptum per i nostruz quod ē de. z logos sermo z ycos quod est sciētia. quasi scientia de sermone. Alio modo dicitur a dya scriptum per y grecum quod est duo. z logos sermo vel ratio z ycos scientia. quasi scientia duorum. scz opponētis z respondētis in disputatōne. Et licet idem possit arguere z respondere z facere disputatōnem. tamē hoc nō est nisi inquātum tenet vices z officia duorum. Ex quo patet. q hic nō capitur dicitur vt tantum valet sicut profertf vel pdicatur. sed vt tantum valet sicut deriuatur. ¶ Sciēdū tertio q in isto libro inchoandum est a sono tanq̄ a pōri z cōmunior. Cuius ratio est qz logica considerat de argumentatōne tanq̄ de proprio z adequato subiecto eius vt dictum est prius z de disputatōne que fit mediante argumentatōne. sed argumentatio nō potest fieri nisi mediante sermone nec sermo nisi mediante voce. nec vox nisi mediante sono. z quia sonus est communior omnibus istis. ergo a sono tanq̄ a priori inchoandum est. ¶ Sciendum quarto. q disputatio potest fieri multis modis. Primo modo mentaliter quando scz aliquis per seipsum disputat. z talis disputatio potest fieri sine vocibus z sermone. Alia est disputatio vocalis. que repetitur inter opponentem z respondentem. que quidem proprie est disputatio. Et illa non potest fieri. nisi mediante sermone. z voce. Et de illa solum hic intelligitur cum dicitur q disputatio non fit nisi mediante sermone z voce. Et sic habetur ordo istius scientie ad alias scientias z interpretatio dyaletice. z de quo sit hic determinandum. z a quo incipiendum sit. ¶ Contra predicta arguitur primo sic. Grammatica debet prius acquiri q̄ logica. cum logica presupponat significata terminorum z modum congrue loquendi que habētur per grammaticam. ergo grammatica est priōr logica in acquisitōne. Secundo sic. plures medici acquisierunt scientiam medicine ante inuentōnem logice. vt ipocras z multi alij qui nō habuerunt logicam. ergo nō est prior in acquisitōne omnium aliarum scientiaꝝ. Tertio sic. omnis sonus z vox ab ore animalis eque cito pferunf. ergo sonus nō precedit vocem nec vox fit mediante sono. Quarto sic. Idez nō debet considerari in diuersis scientijs. sed sonus consideratur in physica. ergo nō debet considerari in logica. Quinto sic. Qualitas est communior q̄ sonus cum sit gen⁹ ipsi⁹. ergo incipiendū'ē a qualitate q̄ a sono ☞ Ad pmum dicif q duplex est grammatica. scz grammatica positiua z regularis siue pbatiua. Unde positiua dat cognitōem terminorum solū. z talis grāmatica bene pcedit logicam z talis nō est scia. sed ē quedā cognitio impfecta. Sed grāmatica regularis ē cognitio pter q̄d scz p causas z pncipia. Et talis ē scia. z nō potest pfecte acqri nisi p argumētatōez

Ad secundū dr̄ ꝙ tales medici acquisiuerunt medicinā imperfecte per quādā argumentationē naturaliter factam et per cognitionem nostri intellectus qui est naturaliter discursiuus non tamen acquisiuerūt eam perfecte ⁊ per argumentatōnem artificiose factam q̄ꝛ non habuerūt artez arguendi ⁊ inde fuit ꝙ sepe ceciderunt in errores. Ad tertium dicitur. licet sonus nō precedat vocem ſm tempus tamen bene precedit ſm naturam. ⁊ in ratione ṗncipij formalis. ⁊ ideo vox fit mediante sono in genere cause formalis ⁊ nō efficientis Ad quartum dicit̄ ꝙ idem sub diuersis rationibꝫ potest in diuersis scientijs considerari. licet non sub eadem ratione Modo sonus in phisica consideratur. vt est passio rei naturalis ⁊ in ista scientia consideratur vt est signū conceptus mētis. Ideo sub diuersis rationibus hic ⁊ ibi considerat̄ Ad quintum dicitur ꝙ qualitas est communior sono ſm predicatōem non tn̄ vt est signū conceptus mentis. quia non est signū nisi vt est in sono. ⁊ sub illa rōne sonus hic ꝯsideratur

Sonus est quicquid proprie ab auditu percipitur. Dico autem proprie licet homo vel campana audiatur hoc non est nisi per sonum eius Sonorum alius vox alius non vox Sonus vox idem est ꝙ ipsa vox

Postq̄ꝫ autor posuit prohemiū suum. hic consequenter aggredit̄ suum tractatum. ⁊ quia in isto tractatu cuius subiectum est enūciatio. Primo determinat de noīe ⁊ verbo eo ꝙ sunt ꝑtes enūciationis ⁊ in eorū diffinitionibus ponit̄ vox cuius sonus est genus. Ideo autor prius determinat de sono ipsum sic diffiniens. Sonus est quicquid proprie ⁊ per se ab auditu ꝑcipit̄ ¶ Sciendum primo. ꝙ sensibile in communi dicitur qd̄ aptum natum est sentiri Et diuiditur in sensibile per se ⁊ in sensibile per accidēs Sēsibile per se est quod per se immutat sensum non rōne alterius sibi accidētis sicut color per se nō ratione sui subiecti imutat visum ⁊ sapor gustum. Sed sensibile per accidens est quod non ratione sui sed ratione accidentis eius immutat sensum sicut campana immutat auditum non ratione sui sed ratione soni qui est sibi accidens ¶ Sciendum secundo. ꝙ sensibile per se iterum diuiditur in sensibile cōmune et ꝓprium. Sensibile commune est quod a pluribꝫ sensibus percipitur. vt sunt ista quinqꝫ sensibilia. magnitudo. numerus. figura. motus et quies. que dicuntur cōmunia nō quia ab omnibꝫ ꝑcipiantur sensibꝫ sed quia quodlibet eorum a pluribus sensibus percipitur. Sed sensibile proprium est quod ab vnico sensu particulari percipitur sicut color est proprium sensibile visus et sonus obiectū auditus. et odor obiectum olfactus. et sapor obiectuꝫ gustus ⁊ qualitates tangibiles scꝫ calidum frigidum. humidum ⁊ siccum sunt propria obiecta tactus ¶ Sciendū tertio ꝙ sensibile in cōmuni vt patet ex predictis est genus soni. Et illud datur intelligi in sua diffinitione. cū dicit̄ quicq̄d percipitur. i. perceptibile vel sensibile. q̄ꝛ percipitur in illa definitione dicit ap-

titudinem ꝛ non actum. Et sic illa prima pars definitionis soni ponitur loco generis. Deinde ponitur per se ad differentiam sensibilium per accidens. quia vt dictum est. sonus est sensibile per se. Et ponitur proprie ad differentiam sensibilium cōmuniū. quia sonus est proprium sensibile auditus. Et subiūgitur ab auditu ad differentiam sensibilium propriorum aliorum sensuum. Et sic intellectus diffinitionis est ꝙ sonus est sensibile per se ꝛ proprium auditus. Et melius sic diffinitur per suum genus propinquū quod est sensibile ꝙ per suum genus remotū quod est qualitas sensibilis vt ipm diffinit Buridanus. Et posset etiam hec diffinitio probari. quia sibi cōueniūt conditiones bone diffinitionis. ideo est sufficiens. ¶ Sciendum quarto. ꝙ tres sunt conditiones bone diffinitōnis. Prima est. ꝙ diffinitio debet conuenire omni contento sub diffinito. Secūda est ꝙ conueniat soli diffinito. Et ratio earum conditionū est. quia diffinitio componitur ex genere ꝛ propria differentia. sed illa differentia cōuenit omni contento sub diffinito ꝛ soli diffinito ꝛ conuertitur cum ipo. Ideo diffinitio debet cōuenire omni ꝛ soli. Tertia conditio ꝙ diffinitio debet sufficienter explicare naturam diffiniti ꝛ facere ipm differre a quolibet alio. Ratio huius est. quia natura rei sufficienter explicatur per genus et differentiam que dicunt potētium primam ꝛ vltimum actum nature rei. diffinitio autem fit ex genere et differentia. Et ratione proprie differen[illegible] facit diffinitū differre a quolibet alio. Iste autem tres conditiones [illegible]unt diffinitioni soni. vt probatur inductiue. ideo est sufficiens. Contra predicta arguitur primo sic. Omnis propositio est falsa in qua predicatur vniuersale vniuersaliter sumptum. sed sic est in ista diffinitio[illegible] sonus est quicquid percipitur. Nam quicquid est signū distribu[illegible] includens naturā distributionis sue. ergo diffinitio est insufficiens. Secūdo sic. Audibile non est de essentia soni sed accidens eius. ergo male ponitur in diffinitiōe eius. Tertio sic. Omnis motus est sensibile commune. vt patet ex predictis sed sonus est quidam motus. cum sit motus aeris fracti. vt habetur secūdo de anima. ergo sonus est sensibile cōmune. ꝛ per ꝯsequens male ponitur in diffinitione eius proprie. Quarto sic. Nullum obiectum potentie passiue debet diffiniri per suam potentiam. cuius est obiectum cum ipm sit prius ꝛ notius sua potētia. sed sonus est obiectum auditus que est potentia passiua. ergo male dicitur in diffinitione eius ab auditu. Quinto. Silentium pcipitur proprie et per se ab auditu. quia non percipitur ab eo per aliquod accidens eius. nec etiam percipitur ab alijs sensibus ꝙ ab auditu. et per ꝯsequens diffinitio soni conuenit sibi ꝛ cum silentium sit aliud a diffinito ipsa diffinitio cōuenit alijs quod est cōtra vnam conditionem diffinitionis supra positam.

Ad primum dicitur. ꝙ quicquid est signū distributiuum sed tamē in hac definitione nō tenetur distributiue sed indiffinite. et vt patet ratione ꝛ secundum ꝙ habitum est per primam particulam in qua dicitur quicquid percipitur. id est aliquod perceptibile siue sensibile ꝛ sic apparet ꝙ ibi non predicatur vniuersale vniuersaliter sumptum. Ad secundum dicitur. ꝙ licet audibile vel audibilitas sit accidens proprium ipsius soni. ideo per se dicitur de sono. nō tñ est accidens cōe quod ꝯtingit adesse vel abesse. ideo bene pue[illegible]

nit sibi ꝑ se sicut propria passio ꝑ se ꝯuenit suo subiecto. Ad tertiū dr̄ ꝙ ꝗuis sonus ꝗ̄tum ad suū esse materiale sit motus aeris refracti q̄r sꝑ multiplicat̄ cū motu aeris tñ ꝗ̄tum ad suū esse formale .non est motus localis.sed est qualitas causata ex violenta ꝑcussione aeris vel alterius corporis Ad quartum dr̄.ꝙ obiectuꝫ potentie passiue nō definit̄ a ꝓri ⁊ q̄d diratiue per potentiam cui⁹ est obiectū tñ bñ diffinit̄ ꝑ ipam a posteriori ⁊ descriptiue ⁊ hoc qñ potentia est nobis notior suo obiecto sicut est in ꝓposito Ad q̄ntū dr̄ ꝙ licet silentium ꝑcipiat̄ priuatiue ab auditu scꝫ ꝑ carētiam soni nō tñ positiue ⁊ ꝑ se sicut son⁹ iō diffinitio soni sibi nō ꝯuenit

Sonorū alius vox alius nō vox. Sonus vox idē ē ꝙ ipsa vox Unde vox ē sonus ab ore aīalis ꝓlatus naturalib⁹ instrumētis format⁹. Naturalia āt instrumēta q̄b⁹ vox format̄ sunt hec guttur ligua palatū q̄tuor et dētes et duo labia vn⁹. Instrumēta nouē sunt guttur lingua pallatū Quatuor et dentes et duo labia simul. Sonus nō vox est q̄' generat̄ ex collisione duoꝝ corporū inaīatoꝝ. vt fragor arboꝝ strepitus pedū

Premissa diffinitōe soni.hic ꝯñr autor ponit diuisionē ei⁹ ipm diuidēs ꝑ sonū vocē ⁊ ꝑ sonū nō vocē. Cuius diuisionis rō est.q̄r oīs sonus fit ex violenta fractōe aeris vel alterius corꝑis vel ꝗ in tali fractōe aeris fit formatio soni ab ore aīalis cū naturalib⁹ instrumētꝫ vel fit ex ꝑcussione corpoꝝ sine tali formatione.Si ꝓmū sic est sonus vox si scdm sic est sonus non vox. Et posset ista diuisio ꝓbari ꝑ ꝯditiones bone diuisionis.q̄ sibi ꝯueniunt. ¶ Sciendū est ꝓmo ꝙ tres sunt ꝯditōnes bone diuisionis. Prima est ꝙ mēbra diuisionis debent esse opposita. Et debet intelligi ꝙ sint opposita vel formal'r vel ꝟtual'r.sic ꝙ aliq̄ mō includāt modos ꝯtradictorie oppositos.q̄r in his q̄ distinguunt̄ inter se sꝑ vnū includit negatiōeꝫ alteri⁹ aliq̄ mō Scd̄a est ꝙ mēbra diuisionis nō debēt excedi a diuiso ſꝫ debēt euacuare totā ꝑtātem diuisi. sic ꝙ nihil ꝯtineat̄ sub diuiso qd̄ non sit sub aliq̄ mēbroꝝ diuisionis. Tertia ē ꝙ mēbra sil'sumpta non excedāt diuisuꝫ ſꝫ cū eo ꝯuerrant̄.ſꝫ iste tres ꝯditōes in p̄dcā diuisione repiunt̄ vt declarari possit facil'r. Jō ipa est sufficiēs. Et p̄dcā diuisio est diuisio generꝫ ī suas spēs.q̄r diuisuꝫ eq̄liter ⁊ vna rōne dr̄ de mēbris diuidētib⁹ Et lꝫ son⁹ vox sit ꝓor ⁊ ꝑfectior ꝗ̄ son⁹ nō vox ex ꝑte ꝓꝑe spēi tñ non respcū soni in cōi sehꝫ eq̄l'r ¶ Sciendū scd̄o.ꝙ vox dr̄ sonus ab ore aīalis ꝓlat⁹ naturalib⁹ instrumētis formatus.⁊ ibi ponit̄ sonus loco generꝫ. Et ponit̄ ab ore aīalis ꝓlat⁹ ad drāꝫ soni facti ex ꝑcussione alioꝝ corꝑoꝝ. Et ponit̄ naturalib⁹ īstrumētis format⁹ ad drām tussis ⁊ sternutatōis ⁊ alioꝝ multoꝝ sonoꝝ q̄ fiūt ab ore aīalis. Et tñ nō formant̄ naturalib⁹ instrumētꝫ Jō nō stꝫ voces vñ in formatōe vocis nouē īstrumēta req̄runt̄.s.guttur.lingua.palatum.⁊ quatuor dētes et duo labia et licet plura requirant̄ in causatione vocis tñ ista sufficiēter ad determinatā formatōem vocis tanꝗ̄ instrumēta ꝓpinqua

¶ Sciendum tertio. ꝙ quatuor concurrunt ad generationem vocis. Primo respiracio aeris attracti ad pulmones. Secūdo aeris attracti ad pulmonem ingrossatio. Tertio aeris ingrossati circa pulmones reuerberatio ad vocalem arteream in qua expulsione causatur sonus. Quarto soni in aere repcussio ⁊ determinata distinctio. formatio ⁊ cōpletio ex diuersa percussione lingue ad palatum ⁊ ad dentes et propter defectum huiusmodi soni facti ab ore animalis sine tali formatione a naturalibus instrumentis non sunt voces ⁊ hec generatio vocis explicatur in diffinitione vocis que sic ponitur in secundo de anima que talis est. Vox est repercussio aeris respirati ab ipsa anima ad vocalem arteream cum imagine significandi ¶ Sciendum quarto. ꝙ sonus non vox est ille qui generatur ex collisione duorum corporum inaīatorum. vt fragor arborum. ⁊ est collisio mutua ꝑcussio duorum corporum inaīatorum adinuicem Et dicitnr collisio a con ꝙ est simul et lesio quasi simul lesio. Et ponitur sonus loco generis. Et dicitur corporum inanimatorum ad differentiā vocis et debet intelligi ex percussione corporū inaīatorum ꝙtum ad modū faciendi sonū. q2 non oportet ꝙ talia corpora sint inanimata ſm substantiam sed sunt inaīata quo ad modum operandi vel faciendi sonū. quia faciunt sonū talem vt sunt corpora dura et non vt sunt animata. Contra predicta arguitur pmo sic. Nulla forma simplex est diuisibilis sed sonus est forma simplex. ergo male diuidit Secundo sic. sonus tube ⁊ instrumentorum musicalium est quedā vox cū habeat continuatōnem melodiam ⁊ articulationem que sunt proprie passiones vocis ⁊ tamen non est ab ore animalis prolat9 naturalib9 instrumētis tis ⁊c. ergo contra definitionem. Tertio sic. homines edentuli ⁊ quedā aues carentes labijs ⁊ dentib9 faciunt vocem. Et tamen non habent instrumenta prius enumerata. ergo ad formatōnem vocis non requiruntur predicta instrumenta. Quarto sic. In fractione panni vel papiri fit sonus non vox. ⁊ tamen ille non generatur ex collisione. i. mutua percussione duorum corporum. ergo male diffinitur sonus non vox. Quinto sic. Tussis est sonus non vox. ⁊ tamen non fit ex collisione duorum corporum inaīatorum. ergo contra diffinitionē soni non vocis. Ad primum dicit ꝙ nulla forma simplex est diuisibilis per partes ꝙtitatiuas. q2 caret talib9 partibus. tamē bene est diuisibilis in ꝑtes subiectiuas sicut genus in suas species ⁊ licet illud mēbrum sonus non vox sit quodāmodo complexū includens negationem tamē ponitur ad circūloquendum vnam speciem positiuam ⁊ incōplexam ex defectu nominis simplicis. Ad secundū dicit. ꝙlz sonus tube ⁊ alioꝝ īstrumētoꝝ musicaliū dicant voces trāssumptiue et per quandam similitudinem eo quod similitudinarie ꝑticipant predictas passiones vocis. non tamen sunt proprie voces. Ad tertium dicitur. ꝙ licet homines edentuli ⁊ quedam aues forment aliquo modo voces. sed tamen ille voces non sunt perfecte ⁊ distincte. q2 nō possunt voces debite distinguere deficiētib9 illis īstrumētis Ad quartū dicitur ꝙ in fractione panni vel papiri non est formaliter mutua percussio corporū duorū inanimatorū. Est tamen ibi equiualenter ꝙtum ad effectum suum qui est subita ⁊ violenta aeris fractio que fit propter subitam fractionē partiū

talis corporis Ad quintum dicit. q̄ licet in tussi nō sit ꝑcussio duoꝝ cor porum inanimatorum ſm substantiam tamē bene quo ad moduȝ operā di. quia ibi nō fit aliqua formatio vocis ſm cognitōnem virtutis anime

Uocū alia significatiua alia nō significatiua. Uox signi ficatiua est que auditui nostro aliq̄d repñ̄sentat. vt homo equ⁹ Uox non significatiua est que auditui nostro nihil represen tat. vt bu ba baf.

Postq̄ autor posuit diffinitōnem soni. ꝛ diuisionē eius ꝛ diffinitōnes membroꝝ eius. Hic consequenter subdiuidit illud membrum de quo si bi est ad ꝓpositum. scȝ sonum vocem aliud membrum relinquens. quia suo proposito nō deseruit ꝛ diuiditur ꝑ vocem significatiuam ꝛ voceȝ nō significatiuam. Cuius ratio est. quia omnis vox obijcit se auditui. vel er go representat aliquid auditui tanq̄ signum alterius vl' solum representat seipam ꝛ nō vt signum alterius significati. Si primum sic est vox signifi catiua. Si scd̄m sic est vox nō significatiua. ꝛ nō est ista diuisio generis in suas species sed subiecti in sua accidētia. quia accidit voci q̄ capiatur ſm se vel vt signum alteri⁹ significati nec ille sunt essentiales nec formales dif ferentie vocis sed accidentales. ¶ Sciendum primo q̄ vox significatiua est illa que auditui aliquid representat ꝛ intelligitur q̄ representat aliquid tanq̄ significatum eius cuius est signum. Signum aūt vt dicit Tullius est quod offert se auditui aliquid relinquens intellectui quod fit hoc mo do quia vox ordinatur ad significandum ꝛ cum sit quidam sonus primo se obijcit auditui ꝛ ꝑ auditum species vl' similitudo illius vocis representa tur intellectui per quā speciē intellectus cognoscens impositōnem vocis ad significandum cognoscit ꝛ accipit significatū talis vocis ꝛ sic mediāte auditu representat intellectui suum significatum. ¶ Sciendum scd̄o. q̄ vox significatiua duo includit. Primum est materiale quod est ipsa vox Scd̄m est formale quod est ipsa virtus significandi ꝛ representandi actu aliter suum significatum que virtus sibi conuenit per institutōnem ꝛ or dinatōnem ad significandum. Per hoc eīn quod ipsa imponitur ad ali quid significandum ꝛ efficit signum eius accipit virtutem representandi formaliter illud significatum. Et hec virtus vocatur quādoq̄ significa tio habitualis quia habetur ab ipa voce tanq̄ forma a materia ꝛ quādo q̄ ratio significandi. quia est ratio ꝛ causa propter quā vox ē significatiua Et datur ipi voci quandoq̄ per impositōnem primi imponentis qui or dinat vocem ad vnum significatum ꝛ nō aliud. quandoq̄ prouenit per or dinatōnem que fit ab instinctu nature que inclinat animalia ad forman dum voces suas effectus representantes Ex quo patet q̄ ad vocem signi ficatiuam primo requiritur q̄ habeat significatum aliud a se voce cuius ipsa sit signum. Secundo requiritur q̄ habeat ordinatōem ad tale signi ficatum vel ſm placitum imponentis vel ſm instinctum nature. ¶ Sciē dum tertio. q̄ licȝ quinq̄ sint obiecta sensuuȝ particularium sicut superi⁹

visum est tamen vox magis conueniens est ad significandum conceptus et affectus anime q̃ obiecta aliorum sensuum. Cui⁹ ratio est quia voces sunt in potestate nostra ꝛ possumus eas formare dum volumus ꝛ varia re ipsas ſm multas ratões ꝛ differentias. nõ autem possumus formare ſm placitum nostrum obiecta aliorum sensuum vtputa colores. sapores. ꝛc. Ideo vox est magis conueniens ad significandum conceptus anime et ad hoc ꝙ fiat significatiua q̃ cetera sensitiua. ¶ Sciendum quarto ꝙ vox non significatiua est que auditui nihil representat quod intelligitur ꝙ nihil representat preter seipam per modum signi. licꝫ eñ representet seipaꝫ per modum signi. non tamen representat seipam per modum rei. sicut bu ba que voces nihil representant. Si tamen iste voces proferãtur indignã ter cum austeritate vocis possunt designare derisionem vel aliquem affectum mentis ꝛ sic essent interiectões sed quando proferuntur sine speciali signo seu gestu corporali vel modo proferendi sic sunt non significatiue. et per hoc patent diuisiones vocis ꝛ diffinitões membrorum eius.

¶ Contra predicta arguitur primo sic In bona diuisione diuidentia nõ debent excedere diuisum sed significatiuuꝫ excedit vocem cum multa sint significatiua que non sunt voces sicut est circulus ante tabernam pendẽs ergo ista diuisio non valet. Secundo sic. Omnis vox fit cum intentõne significandi vt patet per diffinitõnem vocis datam a Philosopho. ergo omnis vox est significatiua. Tertio sic. Vox nõ obijcit se intellectui sed tantum auditui. sed auditus non comprehendit significatum vocis. ergo vox significatiua non representat alteri suum significatum. Quarto sic Omnis vox representat id cuius est vox. ergo male dicitur ꝙ vox nõ significatiua nihil auditui representat. Quinto sic Omne subiectum propositõnis est nomen ꝛ per consequens est vox significatiua. sed bu ꝛ ba sunt bene subiecta propositõnis vt dicendo bu est vna vox vel sonus. ergo tales voces sunt nomina. ꝛ per consequens sunt voces significatiue.

☞ Ad primum dicitur ꝙ significatiuum in cõmuni bene excedit vocẽ nec est membrum huius diuisionis. sed significatiuum vt est adiectiuum vocis ꝛ tantum valet sicut vox significatiua nõ excedit vocem ꝛ hoc modo ponitur membrum huius diuisionis. Ad secundum dicitur ꝙ illa diffinitio vocis que ponitur in scdo de anima. principaliter conuenit vocibus significatiuis ꝛ p analogiam vocibus non significatiuis. Unde non oportet ꝙ diffinitio analogi pro qualibet sui parte conueniat cuilibet membrorum diffinitõnis sed sufficit ꝙ complete cõueniat primo ꝛ ſm aliquas partes conueniat alijs. Ad tertium dicitur. ꝙ licꝫ vox significatiua nõ primo ꝛ per se obijciat se intellectui. tamen bene se sibi obijcit ex consequẽti mediante auditu. quia per auditum representat suam similitudinem ꝛ ex consequenti representat suum significatum intellectui. Ad quartũ dicitur. ꝙ licet quelibet vox representet aliquid sicut effectus suam causaꝫ efficientem. Non tamen sicut signum suum signatum ad quod imponitur ad significandum de qua representatõne solum est hic ad ꝓpositum.

Ad quintum dicitur. ꝙ bu vel ba ſm se non possunt esse subiectum ꝓpositõnis cum non habeant significatum. sed si capiantur ab intellectu lo

co, vnius vocis imposite ad significandum talem vocem imperfectam ex defectu alterius signi sunt subiectum propositõis. ꝛ sunt nomina in tali propositõne sicut currit potest esse nomen in hac propositõe currit est verbum ꝛ tenetur materialiter pro seipso.

Uocum significatiuarum alia ad placitum alia naturaliter. Uox significatiua naturaliter est que apud omnes homines idem representat. vt gemitus infirmorum latratus canum. Uox significatiua ad placitum est que ad voluntatem primi instituentis aliquid representat. vt homo.

Postꝙ autor posuit diuisionem vocis in cõmuni ꝛ diffinitõnes partium eius. Hic consequenter subdiuidit vocem significatiuam dicens Uocum significatiuarum quedam est significatiua naturaliter ꝛ quedam ad placitum. Cuius ratio est. quia omnis vox significatiua habet impositionem ꝛ ordinatõnem ad suum significatum. vl' ergo talis ordinatio fit ſm instinctum nature. ꝛ sic est vox significatiua naturaliter. vel ſm placitum impositoris ꝛ sic est significatiua ad placitum. ¶ Sciẽdum primo ꝙ vox significatiua naturaliter est illa que apud omnes homines idem representat vt gemitus infirmorum. Et ratio huius est. quia ipsa vox significatiua naturaliter ordinatur ad significandum vel ad representandum suum significatũ per instinctũ nature que inclinat animal ad formãdũ talẽ vocẽ impfectã ad exprimẽdũ suas affectões vtputa ad exprimẽdũ irã vl' gaudiũ famẽ vel sitim et sic de alijs passionibꝰ. Et qꝛ natura ẽ eadẽ apud oẽs. ꝛ eodem mõ inclinat animalia ad exprimendum suas passiones Ideo vox significatiua naturaliter idem significat apud ommes. Sed vox significatiua ad placitum nõ idem significat apud omnes. sed solum apud illos qui cognoscunt impositõnem eius ad significandum. ¶ Sciendum scdo ꝙ vox significatiua naturaliter ꝛ ad placitum quadrupliciter differunt. Primo in prolatõe quia vox significatiua naturaliter nõ perfecte formatur neꝗ profertur propter impedimentum passionis que impedit hominem ad debite proferendum. sed significatiua ad placitum est pfecte formata ꝛ plata. Scdo differũt ex pte modi significandi. qꝛ vox ſcatiua naturaliter apud omnes hoies idẽ repſentat. Alia vero nõ ſꝫ solũ apud illos q̃ cognoscũt impositõem eius. Tertio differũt ex pte significati qꝛ vox ſcatiua natural'r significat affectões. passiones. appetitus natural'r Alia vero significat conceptus intellectus. Quarto differunt ex parte cause sue ordinatõnis ad significandum. quia vox significatiua naturaliter ordĩnatur ad significandum ab instinctu nature. Alia vero ordinaꝛ ſm placitum imponentis. ¶ Sciendum tertio. ꝙ vox significatiua ad placitum ẽ illa que ad placitum primi instituentis aliquid significat vel representat Unde differunt sic placitum ꝛ volũtas. Unde voluntas est potentia volitiua vel actus eius q̃ incipit ab intra ꝛ terminaꝛ ad extra scꝫ in obiectum

Sed econtra placitum nominat actum voluntatis qui incipit ab extra ⁊
terminatur ad intra. Incipit enī a re cognita ⁊ terminatur ad voluntateꝫ
et quia vox significatiua ad placitum imponitur ad significandum rem.
que concipitur ab anima ⁊ illa cognitio venit a re ad extra. Ideo magis
proprie dicitur significare ad placitum q̃ꝫ ad voluntatem. ¶ Sciendum
quarto. ꝙ cum res representatur intellectui mediante sensu. ipsa generat
suam similitudinem in anima. ⁊ per illam similitudinem anima format in
tra se ꝯceptum rei quem postea velit exprimere propter quod imponitur
vox significatiua ad significādum talem conceptum ⁊ mediante ipso rem
conceptam. Ideo apud proferentem. vox primo significat conceptum. liꝫ
apud audientem primo representet rem conceptam. nec proprie significat
conceptum tantum. sed rem sub conceptu. vnde ista quattuor scꝫ res. con
ceptus rei. voces. ⁊ scripture sic se habent per ordinem quia conceptus si-
gnificat res a quibus causatur in anima. Et voces immediate significant
conceptus. Et scripture significant voces que sunt signa tantum Nec vl
terius signatur per aliud. Ex ipsis patet diuisio ipsius vocis significati-
ue ⁊ diffinitōnes membrorum eius vt superius sufficienter declaratum
est circa diuisionem vocis significatiue naturaliter ⁊ ad placitum ⁊ cetera
¶ Contra predicta arguitur primo sic. Sicut se habent conceptꝰ ad res
ita voces ad conceptus. Sed conceptus naturaliter significant res. ergo
voces naturaliter significant conceptus ⁊ per consequēs nec sunt signifi-
catiue ad placitum. Secundo sic. Omne signum habet similitudinem
signati sed omnis vox significatiua est signum rei. ergo habet similitudinē
rei. ⁊ per consequens nulle sunt significatiue ad placitum Tertio sic. illā
vox significat naturaliter que de sua natura representat significatum suuꝫ
sed gemitus infirmorum de sui natura non representat suum significatuꝫ
quia si proferatur ab homine sano talis vox nō significabit dolorem. ergo
talis non significat naturaliter. Quarto sic. quilibet cognoscens impo
sitōnem vocis significatiue ad placitū cognoscit suum significatū. sed oēs
pn̄t cognoscere talē īpositōeꝫ sicut oēs pn̄t cognoscere īpositōeꝫ huiꝰ vo-
cis hō. g̃ talis vox idē representat apud oēs. Quinto sic. illud qđ fit ad
placitum est variabile in infinitum. ergo si vox significaret ad placituꝫ sua
significatio erit variabilis in infinitum. ⁊ per consequens nulla est certa
cognitio de significatōne vocis significatiue. quod est inconueniens. ergo
ipsa nō significat ad placitum vel ad voluntatem primi instituentis.
☞ Ad primum dicitur ꝙ licet in illis sit hoc simile ꝙ voces significant
conceptus ⁊ conceptus res. Est tamen dissimile in hoc quia conceptꝰ est
essentialis similitudo causata a re ipsa naturaliter. ideo significat eam natu
raliter. sed vox non causatur naturaliter a conceptu. sed a voluntate cōci-
pientis. ideo non significat eam naturaliter. Ad secundum dicitur ꝙ si
gnum causatum a natura semper habet similitudinem sui signati. sed nō
oportet de signo causato a voluntate sicut circulus taberne non habet in
se similitudinem vini. Ad tertium dicitur. ꝙ si gemitus eodem modo
formetur ab homine sano ⁊ infirmo tunc representat dolorem. sed si non
habeat eandem formam prolationis in gestu corporali tunc nō repsentat

idem nec est eadem vox nisi materialiter tantum. Ad quartum dicit q si omnes cognoscerent impositionē huius vocis homo tunc ſcaret idē apud omnes. sed nō sine causa impositōnis sue ꝛ illa in ipo non est eadem apud omnes. et sic non est inclinatio naturalis qua vox significet naturalr
Ad quintum dicitur q illud quod fit ad placitum cuiuslibet variatur in infinitū. nō tamen illud qd fit determinate ad placitum vnius sicut est vox significatiua. q ſcat solum ad placitum pmi instituentis.

Vocum significatiuarum ad placitum. alia complexa vt oratio. alia incomplexa vt nomen et verbum

Postq autor posuit diuisionē vocis significatiue ꝛ diffinitiones membror eius. Hic ꝯsequēter diuidit vocē ſcatiuā ad placitū p ꝯplexaꝫ ꝛ incōplexam. Cuius ratio est. qꝛ omīs vox significatiua ad placitum vel cōtinet plures voces ſcatiuas. vel vnaꝫ tantum. Si pmū sic est vox ſcatiua cōplexa. si scdm sic est vox ſcatiua incōplexa ¶ Sciendum pmo q quelibes res dupliciter concipitur. Uno modo ſm se. et tunc fit conceptus simplex ꝛ incōplexus. vt cū sortes ſm se ꝛ non ſm habitudinem ad aliud apprehenditur. Alio modo aliquid concipit ſm comparatōem vel habitudinem ad aliud. vt cum sortes sub albedine vel animali concipitur. ꝛ tunc fit conceptus cōplexus. ideo est duplex conceptus rei. s. cōplexus ꝛ incomplexus. Et qꝛ vox significatiua ad placitum ſcat conceptum anime ideo aliqua est cōplexa ſcans conceptum complexum sicut oratio. Alia est incōplexa ſcans conceptum incōplexum. vt nomen vel verbum ¶ Sciendū secundo. q vox complexa est illa in qua vniuntur plures voces ſcatiue ad placitum ꝛ representant conceptum complexum vt oratio. ꝛ ideo ad pfectam rōnem vocis complexe tria reqruntur Primuꝫ est q ibi sunt plures voces ſcatiue incōplexe ꝛ ille voces se habeant tanq materiale vocis cōplexe Secundū est q ille voces habeant complexionē ꝛ vnionē inter se. ita q vna habeat se vt determinatio. et alia se habeat vt determinabile. pter qd ibi non est vox complexa homo asinus quia licet ibi sint plures voces ſcatiue. non tamen habēt cōplexionem inter se cum ibi non sit vnio determinatiōis et determinabilis. ꝛ hoc dicitur esse formale in voce cōplexa Tertio requiritur q talis vox ſcet conceptum complexū. sed illud est minus principale in voce complexa qūis tamen requiratur ex pte cause finalis ¶ Sciendū tertio q vox incōplexa est illa que continet vnam solam vocem ſcatiuam. vt homo vel asinus. et representat conceptum incōplexum. ꝛ ad talem vocem non sufficit q habet ſcatum incōplexum. sed magis requiritur q sit tm̄ vox vna ſcatiua. et ideo licet diffinitio habeat tm̄ vnum ſcatum remotum qd est diffinitum quod est incomplexum qꝛ tamen continet plures voces ſcatiuas distinctorum conceptuum ꝓpinquorum. scꝫ generis ꝛ differentie ipsa est vox complexa.

¶ Sciendum quarto q ad vocem incōplexam non requiritur q habeat vnum ſcatum tm̄. sed sufficit q sit actualiter dictio vna. scꝫ qūtum ad vocem ꝛ modum proferendi. ideo omne nomen equiuocuꝫ sicut canis ē vox

incõplexa.quia licet habeat plura ſcata. eſt tamen vox actualiter vna non continens plures voces ſignificatiuas.nec requiritur ad vocem incõplexam ꝙ non ſit compoſita ex pluribꝰ vocibus.ſed ſufficit ꝙ ille voces ſi ſint plures non ſint ſignificatiue in toto.ideo nomen compoſite figure cum ptes eius non ſint ſignificatiue in toto eſt vox incõplexa.ideo non idem eſt complexio ſm logicum ꝛ compoſitio ſm grammaticum. ꝛ per hoc patet diuiſio vocis ſignificatiue ad placitum ꝛ diffinitiones membrorum eius

Sciendū est scd̄o ꝙ ꝓpriū scd̄o modo dr̄ qd̄ inest omni ⁊ nō soli. Cuiꝰ rō est. q̇a tale ꝓpriū ꝯseq̇tur ṗncipia cōia speciei de necessitate. ⁊ q2 illa principia speciei omni indiuiduo illius spēi cōueniūt ⁊ nō solū speciei cum sint cōia pluribꝫ. Ideo ꝓpriū ꝯn̄s ea de necessitate cōuenit omni indiuiduo illiꝰ speciei sꝫ nō soli. sicut esse bipidē ꝯseq̇tur principia cōia hoīs in q̇bus hō cōuenit cū auibꝫ in hoc scꝫ ꝙ in oībus ē forma exigens talē dispositōez materie ad debite exercendū suas opatōnes puta gradiendo cū duobꝫ pedibꝫ quare esse bipidē ꝯuenit oī homini ⁊ nō solū speciei hūane. q̇a ꝯuenit auibꝫ vt prius dictū est. ⁊ licet q̄n̄q3 per accidens homo non habet duos pedes ī actu. tamē f̄m aptitudinem sue speciei quilibet homo nascit̄ cum duobꝫ pedibꝫ. Sciendū tercio ꝙ ꝓprium tercio modo est quod inest omni ⁊ soli sed non semper. Cuiꝰ rō est. quia tale ꝓprium conseq̇tur principia ꝓpria speciei de necessitate. non tamē sub quacūq3 dispositōne sed sub vna determiata dispositōne ipoꝝ principioꝝ. ⁊ quia seq̇tur talia principia necessario conueniunt omni ⁊ soli. ideo ꝓpriū tercio modo omni ⁊ soli cōuenit. sed q̇a solū conseq̇tur ea sub vna determinata dispositōne que nō semꝑ conuenit ipis Ideo tale ꝓpriū non semper inest vt canescere seq̇tur ṗncipia naturalia hominis in senectute ꝓpter debilitatem caloris naturalis inq̄ꝫtum non sufficit digerere superfluos humores cerebri vnde causat̄ putredo in cerebro. ī qua putredine causat̄ albedo ⁊ canicies piloꝝ. ⁊ sic cōuenit omni homini ⁊ soli sed non nisi in senectute. nisi per accidens in iuuentute nimiū debilitet̄ calor naturalis ⁊ licet in alijs aīalibus generent̄ tales pili. hoc nō est ex putredine cerebri sed ex habūdantia humoꝝ corꝑis. ideo nō dicunt̄ canescere. sed grisescere. sicut lupi non dicunt̄ canescere sed grisescere Sciendū quarto ꝙ proprium quarto modo est quod inest omni soli ⁊ semper. Cuiꝰ ratio est. q̇a tale necessario conseq̇tur principia necessaria speciei intransmutabiliter ⁊ sub quacunq3 dispositōne. ideo sicut illa principia conueniunt soli speciei ⁊ omni indiuiduo ⁊ etiam semper sic etiā proprium quarto modo. Et istorum modorum sic habetur sufficientia. quia omne propriū fluit ex principijs speciei. vel ergo fluit ab ipsis adequate vel inadequate. si primum hoc est dupliciter. vel consequitur ipsa transmutabiliter. et

sic est tercius modus. vel transmutabilr̃ et sic est q̃rtus modus. Si inadequate hoc est duplr̃ vel p̃ncipia speciei excedūt ꝓpriū. et sic est p̃mus modꝰ vel excedunt ab eo. et est secundus modus. Et inter istos modos ꝓprium quarto mō est verius ꝓpriū et ꝯ̃n̄ter alia ꝑm ꝙ magis attingūt ip̄m. et solū ꝓpriū quarto mō est p̄dicabile distinctū ab alijs. alia vero sub accn̄te cōi cōtinent. Cōtra predicta arguit p̄mo sic. Phus qui sufficienter assignauit modos ꝓprij nō ponit nisi tres modos eius. scʒ ꝓpriū qn̄ ad aliquid et ꝓpriū simplr̃. ergo male dr̄ ꝙ ꝓpriū dicit quadruplr̃ Secūdo sic. species cōuenit oī indiuiduo necessario. ergo ꝓpriū p̄mo mō nō ꝯuenit soli speciei. imo ꝯuenit oī indiuiduo eius Tercio sic. esse bipedē est ꝓpriū secūdo mō. et tn̄ ꝯuenit soli hoī. ergo male dr̄ ꝙ ꝓpriū scd̄o mō inest omni et nō soli. Minor ptʒ qꝛ esse bipidem est vltima differentia definitōnis hoīs cū dicit homo est aīal gressibile bipes. sed vltima drn̄tia semꝑ est ꝯuertibilis cū definito. ergo bipedeitas soli hoī ꝯuenit Quarto sic. illud qd̄ inest oī cōuenit pluribꝰ et non soli. ergo si ꝓprium tercio mō ꝯueniat omni non potest cōuenire soli. Quinto sic. omne quod inest omni est cōe multis. sed ꝓpriū quarto modo nō est cōmune multis. ergo nō ꝯuenit omni Ad p̄mū dr̄ ꝙ Aresto. p̄mo topicoꝝ sub ꝓprio ad aliq̄d cōp̄hendit duos istoꝝ modoꝝ. scʒ p̄mū et scd̄m. quia vtrūqȝ dicit ꝓpriū suo subiecto solū per respectū ad aliq̄d. vt esse bipedē est ꝓpriū hoī cōparato ad equū cui nō cōuenit. sed q̄a isti modi distinguūtur ab inuicē vt dictū est. ideo hic bene ponūtur q̄ttuoꝛ modi. Ad scd̄m dicit ꝙ licʒ illud qd̄ ꝯuenit necessario speciei etiā necessario ꝯueniat oī indiuiduo eius. nō tamē oportet de illo qd̄ inest speciei ꝯtingenter et accn̄taliter sicut est ꝓpriū primo modo ꝯuenire oībus indiuiduis speciei. Ad terciū dicit ꝙ licet definitōne quidditatiua in qua ponit ꝓpria drn̄tia sub noīe ꝓprio vltima drn̄tia sit cōuertibilis cū definito non tamē oportet de illa vbi ꝓpa differentia speciei ponit per circūlocutōnem tm̄. sicut est in ista homo est animal gressibile bipes. q̄a hec duo scʒ gressibile bipes circūloquūtur ꝓpriam differentiā hoīs scʒ rōnale. ideo non oportet ꝙ bipes cōuertatur cū homīe

Ad quartū dicit ꝙ licet illud qd̄ inest oī insīe pluribꝰ indiuiduis. tamen non inest pluribꝰ speciebꝰ. sed potest inesse vni soli. hic em̄ omni referit ad indiuidua et soli ad speciem Ad q̄ntū dr̄ ꝙ licet ꝓpriū cōparatū ad speciem non dicat cōmune sed ꝓpriū respectu tamē indiuiduoꝝ speciei dr̄ cōmune et vniuersale. ergo potest cōuenire omni et soli.

Et diffinit sic ab aresto. Propriū est qd̄ inest omni soli et semper. et conuersim p̄dicat de re et non indicat quid est esse rei. vt risibile inest homini et non indicat quid est esse rei qd̄ ponitur in definitōne ꝓprij ad differentiā diffinitōnis. Diffinitio em̄ cōuersim predicat de re et indicat quid est esse rei. vt substantia aīata sensibilis cōuertit cū aīali et indicat quid est esse eius. quia omnis definitio fit per substātialia. omne aūt

Tractatus secundus

superius est de essentia sui inferioris. Diffinitio eius sic diffinitur ab aresto. Diffinitio est oratio quid est esse rei significans. proprium autem non indicat quid est esse rei.

Postquam autor posuit multiplicitatem proprii et acceptiones eius vt eliceret membrum de quo est ad propositum scilicet proprium quarto modo quod est vnum predicabile ab alijs distinctum. Hic consequenter definit ipsum proprium quarto modo dicens quod proprium est quod conversim predicatur de re et non indicat quid est esse rei. hic autem ponitur quod predicatur loco generis definiti scilicet ratione predicabilis. Deinde ponitur conversim id est convertibiliter ad differentiam aliorum predicabilium quorum nullum de suis subiicibilibus predicatur convertibiliter. Et ponitur non indicat quid est esse rei ad differentiam definitionis que predicatur convertibiliter et essentialiter. hec enim definitio prius data est de proprio in primo thopicorum. vbi definitur vt est vnum de quattuor predicatis dialecticis que sunt genus diffinitio proprium et accidens. ratione cuius ponitur illa particula per quam differt a diffinitione Sciendum primo quod species dupliciter consideratur. Vno modo absolute et secundum se. et sic consideratur per modum vnius et non multorum. et sub tali ratione proprium non sequitur ipsam. Alio modo consideratur species per inclinationem eius ad materiam et ad sua indiuidua. et isto modo proprium consequitur speciem et de ipsa predicatur. et quia species multiplicata et diuisa per sua indiuidua non habet rationem vnius sed multorum et proprium hoc modo predicatur de ipsa ideo predicatur de multis immediate et sic est vnum predicabile. ideo conuenienter in sua definitione dicitur quod predicatur. Et proprium etiam habet propria subiicibilia distincta formaliter a subiicibilibus aliorum predicabilium. Vnde inferiora speciei considerata respectu accidentium que consequuntur suam speciem sic sunt subiicibilia proprii. sed si considerentur quantum ad esse essentiale. sic sunt subiicibilia speciei. vt sortes et plato sunt subiicibilia hominis et risibilis secundum diuersa esse Sciendum secundo quod proprium fluit et causatur a proprijs principijs speciei. sicut risibile a proprijs principijs hominis. per hoc enim quod homo est rationalis et intellectiuus ipse cognitis principijs consurgit in admirationem et ex admiratione fit inquisitiuus veritatis. et per inquisitionem fit inuentiuus et per inuentionem apprehensiuus alicuius delectabilis. vnde in eo causatur risibilitas vel alicuius tristabilis vnde causatur flebilitas. et quia propria principia speciei conueniunt ei conuertibiliter. vnde proprium consequens ipsa conuersim predicatur de re id est de specie et iste est proprius modus predicandi proprii scilicet predicari accidentaliter et conuertibiliter. Non tamen intelligendum est quod proprium fluat formaliter a principijs sue speciei. vt risibile quod est de secunda specie qualitatis habens principia formalia in tali genere vt sunt qualitas naturalis potentia. sed fluit effectiue a principijs sue speciei Sciendum tercio quod principia speciei a quibus causatur proprium dupliciter considerantur. Vno modo secundum quod habent habitudinem potentie et actus. et sub tali ratione solum sunt principia essentialia speciei quam constituunt essentialiter et non proprii Alio modo considerantur sub habitudine totius compositi ad suam operationem. et sic sunt principia effectiua proprii. ideo secundum diuersas rationes dicuntur principia formalia speciei et effectiua proprii. Vnde patet quod proprium ex quo consequitur esse speciei constitutum non est de essentia speciei sed accidens eius ab eo realiter distinctum. Quod tamen dicitur inesse speciei essentialiter eo quod immediate consequitur essentiam rei. Sed

non inest essential'r speciei tanq̄ʒ existens de essentia eius. Vn̄ aliq̄d dupl'r dicitur inesse essentialiter. Vno modo q̄a est de essentia alterius. ꝛ sic ꝓpriuʒ non inest speciei essentialiter. Alio modo q̄a imediate cōseq̄tur essentiam alterius. ꝛ sic ꝓpriū inest essentialiter sed hoc inesse est inesse essentialiter ꝛ improprie Sciendū q̄rto ꝙ illud dicit̄ indicare qd̄ est esse rei quod explicat principia essentialia rei. quia essentiale rei cognoscit̄ per illa p̄ncipia a quib᷒ intrinsece causat̄. sed ꝓpriū non explicat nec formaliter ostendit principia essentialib᷒ speciei. nec ē de essentia speciei vt dictū ē. ideo nō explicat q̄d est eē rei. Et per hoc differt a diffinitōne que explicat q̄dditatem ꝛ essentiā speciei per hoc ꝙ importat genus ꝛ differentiā ex quib᷒ totū esse essentiale speciei constituit̄. ꝛ inde dicit̄ diffinitio oratio explicans q̄d est esse rei. ꝛ p hoc satis patet intellectus definitōnis ꝓprij. Contra predicta arguit̄ p̄mo sic omne predicabile dicit̄ totū esse sui subiicibilis. ꝓpriū aūt non dicit totum esse speciei nec indiuiduoꝝ ei᷒ cū sit accidēs ꝯsequēs eē ipoꝝ. g̱ ꝓpriū nō est predicabile. Secūdo sic. om̄e p̄dicabile dʒ imediate p̄dicari de multis. ꝓpriū aūt nō p̄dicatur de multis immediate sed de vna sola specie ꝛ mediante specie de suis indiuiduis. ergo non est predicabile. Tercio sic. dicēdo sortes est risibilis ibi risibile predicat̄ vt ꝓprium ꝛ non p̄dicat̄ ꝯuertibiliter de sorte. g̱ ꝓpriū nō p̄dicatur ꝯuersim Quarto sic. accidētia magnā partem conferūt ad cognoscendū quod quid est ꝛ specialiter accn̄tia ꝓpria. g̱ ꝓpriū facit cognoscere quod q̄d est scʒ q̄d ē esse spēi ꝛ p ꝯn̄s male dicit̄ ꝙ ꝓpriū nō indicat q̄d ē esse rei Quīto sic nullū accidens extrinsecum indicat quid est esse rei. sed diffinitio est quid extrinsecū definito cū sit oratio imperfecta. ergo ipsa non indicat quid est esse rei. Ad primū dicitur ꝙ ꝓprium non dicit totum esse essentiale speciei ꝛ indiuiduoꝝ eius sed dicit totum esse accidentale quod datur intelligi a sua forma importata per ipsuʒ ꝓpriū. ꝛ hoc sufficit ad hoc ꝙ predicetur de specie ꝛ indiuiduis eius. predicabile em̄ debet dicere totum esse rei ꝫm vnū modū essendi. nō tamē ꝫm omnes modos. Ad secūdū dicit̄ ꝙ licet ꝓpriū imediate predicet̄ de specie tn̄ p̄dicatur de ipsa accepta per modū multoꝝ vt est diuisibilis uel diuisa per sua indiuidua. ꝛ non solū p̄dicatur de ipsa sola accepta per modū vnius et ꝫm se. ideo īmediate ꝫm aptitudinem p̄dicatur de multis. Ad tercium dicit̄ ꝙ in hac ꝓpositōne sortes est risibilis. risibile est ꝓprium respectu hominis inclusi in sorte. nō tamē respectu sortis. vn̄ risibile rōne predicabilis predicat̄ de sorte ꝛ de alijs hominibus sed rōne ꝓprij p̄dicatur de homīe in cōmuni. Ad quartum dicit̄ ꝙ licet ꝓpriū faciat vel cōferat a posteriori et quo ad nos ad cognoscendū quod quid est. non tamen a priori tanq̄ʒ dicens principia essentialia rei. ideo non indicant quid est esse rei. Ad quintum dicit̄ ꝙ si diffinitio cōsideret̄ tantū ex parte vocis sic est accidens extrinseco definito. Sed si cōsideret̄ ex parte vocis ꝛ significati simul. sic non est accidens eius quia significata diffinitōnis sunt principia essentialia ipsius diffiniti intrinseca. scʒ genus ꝛ differentia. Unde ista principia simul sumpta dicūtur quod quid est vel quidditas speciei ꝛ diffinitio est signum explicans illam quidditatem. ideo diffinitio ꝛ quidditas differunt sicut signum ꝛ signatum.

Tractatus secūdus

Accidens est quod adest ꝛ abest preter subiecti corruptionem. vt album nigrum sedere ꝛ non sedere. Hec enim possunt adesse homini ꝛ abesse preter subiecti corruptōnem.

Postq̄ autor determinauit superius de q̄tuor predicabilibꝫ scȝ de genere specie differentia ꝛ ꝓprio. hic ꝯsequēter determinat de vltimo predicabili scȝ de accidente. Accidēs em̄ inter cetera predicabilia est perfectius nō dicens totū esse rei q2 solū dicit esse accn̄tale nō ꝯuertibile. ideo hꝫ imperfectōrem modū p̄dicandi oībus alijs. ideo cōuenienter ordinat̄ vltimo loco. ꝛ sic definit̄. Accidens est qđ adest ꝛ abest preter subiecti corruptionē. Vn̄ per quod intelligit̄ vl'e vel predicabile quod se hꝫ vt genus definiti. Et residuum ponitur ad dr̄am alioꝝ predicabiliū. q̄a oīa alia vel sunt de essentia rei vt genus spēs dr̄ntia. vel ꝯsequuntur necessario essentiā rei sicut ꝓpriū. ideo nullū alioꝝ predicabiliū pōt adesse vel abesse subiecto preter subiecti corruptionē. Sciendū p̄mo ꝙ accidens dupliciter ꝯsiderat̄. Uno mō cōiter ꝓ omni illo qđ aduenit rei post eius esse cōpletū. ꝛ distinguit̄ ꝯtra substātiā. Et dicit̄ de omni illo qđ nō est suba. Et hoc mō accidēs habebit sub se accidens ꝓprium ꝛ cōmune. ideo hoc modo nō definit̄ hic accidēs. Alio mō capit̄ specialiter ꝓ illo quod aduenit rei post eius esse cōpletū ꝛ fluit a p̄ncipijs indiuidui ꝛ sic est predicabile distinctum a ꝓprio. ꝛ hoc mō definit̄ hic. Et tale accidens q̄n̄q̄ vocatur accidens cōmune ꝛ q̄n̄q̄ infinitū. ꝛ q̄n̄q̄ ꝑ accidens. Dicit̄ cōmune ꝓpter causalitatē eius. q̄a a pluribꝫ causis indifferenter pt̄ causari in suo subiecto. Et dicit̄ infinitū. q̄a infinitis modis variari potest s̄m variatōnem p̄ncipioꝝ indiuidui. Et dicit̄ ꝑ accidens. q̄a non causat̄ in subiecto ꝑ causam essentialem eius sed accidentalem. Sciendū secūdo ꝙ accidēs qđ hic definit̄. scȝ accidens cōmune pōt dupl'r ꝯsiderari. Uno mō s̄m esse ꝑticulare eius ꝛ actuale qđ habet accn̄taliter in suo subiecto. Et isto mō corrūpit̄ ꝛ variatur in infinitū. Ideo sub tali esse nō definit̄ hic. Omne em̄ illud qđ definit̄ debet habere esse necessariū ꝛ finitū qđ explicetur ꝑ definitōnem eiꝰ. Alio mō ꝯsiderat̄ s̄m esse vl'e sub quo ei attribuit̄ intentio accidentis ꝛ sic capit̄ vt ens necessariū q̄a hoc mō multa sibi de necessitate cōueniūt scȝ ꝙ sit accidēs ꝛ ꝙ sit variabile in aptitudine. Unde ee variabile in aptitudine sibi cōuenit semꝑ inuariabiliter ꝛ necessario. ꝛ hoc modo in vl'i hic definitur a petro hyspano. Sciendū tercio. ꝙ pōt abesse et adesse suo subiecto qđ hꝫ esse variabile. ꝛ quod ꝯtingenter causat̄ in ipo sed accidens cōe habet esse variabile ꝛ ꝯtingenter causatur in suo subiecto per cām ꝯtingentē eo ꝙ insequtur p̄ncipia indiuidui que sunt variabilia et trāsmutabilia sicut rubedo, ꝓueniens in hoīe ex verecūdia causatur in eo ꝑ causam que faciliter adesse ꝛ abesse pōt subiecto eius. g̃ accidens cōe pt̄ adesse ꝛ abesse subiecto. Et ꝑ hoc datur intelligi modus predicādi eius. s. ꝙ predicatur accidentaliter ꝛ nō ꝯuertibiliter ꝑ hoc ꝙ adest ꝑ causam ꝯtingentem predicatur accidentaliter ꝛ q̄a q̄n̄q̄ abest ergo predicat̄ nō ꝯuertibiliter. Sciendū quarto. ꝙ illud aduenit rei post eius esse cōpletū qđ cōtingenter potest adesse ꝛ abesse subiecto preter talis subiecti corruptōnē. Eo ꝙ ante aduentū eius res ē cōpleta. Ideo nō ē de cōpositōe vel de ꝯstitutōe

rei. Ideo p aduentū eius nō ɔstituit subiectū nec p remotōēȝ eius causat corruptōem rei Sed accidēs cōmune aduenit rei post eius esse cōpleruȝ nec ɔstituit ipm subiectū. ergo potest adesse ꝛ abeē. Item ad corruptōēȝ posterioris nō sequit corruptio pꝛoris. qꝛ eē pꝛoris nō dependet abeē poste rioris. sed accidēs cōe posterius est suo subiecto Ideo ad corruptōēȝ eius nō sequit corruptio sui subiecti. Ideo potest abeē pter subiecti corruptio nem. Et p hoc satis pꝫ diffinitio pdicta. ¶ Contra pdicta arguit pmo sic. Oēe diffinibile debet habere eē necessariū ꝛ finitum qꝛ ɔtingēs ꝛ in finitum nō sunt diffinibilia. sꝫ accidēs nō habet eē necessariū ꝛ finitū. imo ɔtingens ꝛ infinitū. ergo nō est diffinibile ꝛ p ɔsequēs male ponit diffini tio eius. Scdo sic. In nulla diffinitōne debent simul poni opposita. sed adeē ꝛ abesse sunt opposita q̄ simul in hac diffinitōne ponunt. ergo diffini tio nō est bona. Tertio sic. Mors est accidēs. ꝛ silr cōbustio. ꝛ tamen nō pn̄t adesse subiecto pter eiꝰ corruptōēȝ. g̃ ɔtra diffinitōēȝ. Quarto sic. Uiuere est accidēs cū nō sit de essentia viuentis. ꝛ tn̄ nō potest abesse subiecto pter eius corruptōem. ergo diffinitio est mala. Quinto sic. ac cidens corrumpit p corruptōem sui subiecti. ergo nō pt corrumpi sine cor ruptōne sui subiecti. ꝛ sic nō potest abesse suo subiecto pter eiꝰ corruptōēȝ ☞ Ad pmū dꝛ ꝙ lꝫ accidens fm esse pticulare qd habꝫ in subiecto suo nō sit necessariū ꝛ finitum tn̄ fm esse vl'e eius bene accipit vt necessariuȝ et finitum. Ideo illo modo potest diffiniri. Ad scdm dꝛ ꝙ adesse ꝛ ab eē vt dicunt actū opponunt ɔtradictorie ꝛ nō pn̄t simul inesse eidem. sed vt dicunt aptitudinē nō opponunt. ꝛ simul eidem bene ɔueniunt. Et isto modo sumit in ista diffinitōne. Cuius sensus est. accidens in vl'i adest et abest nō in actu. sed fm aptitudinē ꝛ in pticulari adest ꝛ abest fm actum et hoc sibi ɔuenit successiue. Ad tertiū dꝛ ꝙ mors capit dupl'r. Uno modo material'r. vt dt alteratōem que pcedit corruptōem viuentis. ꝛ sic est accidens ꝛ potest adesse ꝛ abeē subiecto. Alio modo capit formal'r p corruptōne viuētis. s. p subita mutatōne mediante qua mutat de esse ad nō eē. ꝛ hoc modo mors nō est accidēs. sed est mutatio substantialis que reductiue est de genere substātie. sicut motus est reductiue in pdicamēto sui termini ad quē. ꝛ silr dicendū est de cōbustione. Ad quartū dꝛ ꝙ si capiat viuere p eē substantiali viuentis fm qd viuere est eē viuentis. hoc modo vita ꝛ viuere nō sunt accidens. sed sunt substātia Sed si capiatur viuere p opationibꝰ viuentis. vt sunt videre ꝛ audire. sic viuere est accn̄s. et pt adesse ꝛ abeē subiecto pter eius corruptōnem. Ad quintum di citur ꝙ licꝫ accidens corrumpatur p corruptōnem sui subiecti. nō tamen solum hoc modo corrumpitur. sed tribus aliꝭ modis. Uno modo per accidens sibi ɔtrarium. vt frigus per calorem. Alio modo per destru ctōnem cause per quam est in subiecto. vt lumen corrumpitur in aere per remotionem solis. Tertio per remotionem termini dependentis. vt pater corrumpitur per corruptōnem filiꝭ. ideo non oportet ꝙ propter cor ruptōem accidentis fit corruptio sui subiecti. sed potest corrumpi accidēs preter corruptōnem sui subiecti.

Diffinitur aūt accidens sic. Accidens est quod neqꝫ ē ge

nus neq3 species neq3 differẽtia neq3 ꝓprium inest autem rei Vel sic. Accidens est quod cõtingit eidẽ inesse et nõ inesse. vt album nigrum sedere ꝛc. Et de his duabus vltimis diffinitionibus dicit Aresto. Est aũt accidẽtis diffinitio secũda melioꝛ ꝙ̃ pꝛima. qꝛ ad intelligendũ pꝛimam diffinitõem necesse est scire quid sit genus. ꝗd species. ꝛ sic de alijs. Secunda aũt ꝑ se diffinita est ad cognoscẽdũ ꝗd ẽ ꝗð ðꝛ ꝑ ipm̃.

Postꝗ̃ superius posuit pͥmam diffinitõnem accidẽtis. hic ꝯsequenter notificat ipsum accidẽs ponendo alias diffinitõnes eius. Pꝛima est. ꝙ accñs nec est genus nec spẽs nec differẽtia nec ꝓpꝛium. inest aũt rei. In pͥma pte huius diffinitõnis per hoc relatiuũ quod intelligitur genus diffiniti. s. ꝑdicabile ꝛ residuum ponitur ad differentiã alioꝝ quattuoꝛ ꝑdicabilium. Et per negatõnem omnium alioꝝ ostendit accidens habere vnum modum ꝑdicandi distinctũ ab ipis. deinde aũt ponit inest aũt rei. ad explicandum esse eius in subiecto. ¶ Sciendum pͥmo ꝙ accidens tripliciter ꝯsideratur. Vno modo ꝑ respectum ad subiectũ in quo est respectu cuius dicit accidens quasi ad aliud cadẽs ꝛ hoc modo de ipo datur pͥma diffinitio eius. Jlla eñ diffinitio pͥncipaliter notificat ipsum ꝑ respectum ad suum subiectum. Scðo modo ꝯsideratur accidẽs per respectũ ad alia quattuoꝛ ꝑdicabilia ꝛ ad ꝑdicabile in cõmuni. ꝛ hoc modo diffinitur per hanc diffinitõnem que datur per abnegatõnem alioꝝ ꝑdicabiliũ. ꝛ hec diffinitio explicat ipsum in esse ꝑdicabilis. Tertio modo cõsideratur accidens ꝑ respectum ad causam ꝑ quã est in suo subiecto. Et sic ꝯsideratur in tertia diffinitõne eius. Et per hoc ptꝫ quõ iste tres diffinitiones diuersimode explicant esse accidentis. ¶ Sciendum est secũdo ꝙ omnis ꝑuatio habet cognosci ꝑ respectum ad suum habitũ. ꝛ qꝛ accñs habet vt ꝑuatio respectu alioꝝ ꝑdicabiliũ. qꝛ habet impfectioꝛem modum ꝑdicandi omnibꝫ alijs. ideo hic ꝯuenienter diffinit ꝑ abnegatõnem eoꝝ. sicut ꝑuatio ꝑ negatõnem sui habitus Nõ est tamẽ hec diffinitio pure negatiua. qꝛ pͥma pars in qua intelligit vniuersale est affirmatiua. ꝛ etiam vltima in qua dicitur inest aũt rei. ꝛ etiam negatio alioꝝ pꝛedicabilium explicat aliquid affirmatiuum. s. specialem modum ꝑdicandi videlicet ꝙ accidens ꝑdicatur accidentalr̃ de suo subiecto ꝛ non essentialr̃. vt tria pͥma ꝑdicabilia ꝛ nõ ꝑdicat ꝯuertibilr̃ ꝓpter ꝗð ipm̃ accñs cõe nõ ẽ ꝓpꝛiũ. ¶ Sciendũ ẽ tertio ꝙ aliter diffinit. Accidẽs ẽ ꝗð ꝯtingit eidem ineẽ ꝛ nõ ineẽ. Nõ ẽ. nã illud ꝗð ẽ in subiecto ꝑ cãm ꝯtingentẽ ꝯtingit eidẽ ineẽ ꝛ nõ ineẽ. accñs aũt ẽ hmõi vt dictũ ẽ pus. ꝗ accñs ꝯtingit eidem ineẽ ꝛ nõ ineẽ. Et in hac diffinitõe explicat cã ꝑ quã accñs ẽ in subiecto. ꝛ lꝫ ineẽ ꝛ nõ ineẽ possint sumi octo modis ſm octo modos essendi in. tñ hͦ solũ capit ineẽ ꝑ illo modo quo foꝛma accidẽtalis est in suo subiecto ꝛ hic modꝰ ꝯtinet sub qnto mõ essendi in. ¶ Sciendũ qrto ꝙ inter has diffinitões accidẽtꝫ tertia melioꝛ ẽ scða ꝓpter duas causas. qꝛ scða explicat eẽ

accidētis p respectū ad p̄dicabilia alia ⁊ p negatōem alioꝝ. Tertia vero explicat ipm p respectū ad suā cām ⁊ ad suū subiectū. Et accñs hꝫ veri⁹ eē respectu cause ⁊ subiecti q̄ respectu alioꝝ p̄dicabiliū. ⁊ diffinitio debet explicare eē rei. iō tertia diffinitio ē pfectior scda qr pfecti⁹ explicat eē accidentis. Scda rō ē. qr ista diffinitio melior ē q̄ facili⁹ notificat diffinitū. ſꝫ tertia facit facili⁹ cognoscere. s. accñs. iō est melior q̄ scda. qr ad cognoscēdū scdam opꝫ cognoscere cetera p̄dicabilia. nō aūt hoc opꝫ ad intelligendū tertiā. iō tertia ē melior. ¶ Cōtra p̄dicta arguit̄ p̄mo sic. Nulla bona diffinitio debet dari p negatōeꝫ. qr negatio nō explicat q̄d ē eē rei. sed ista diffinitio accidētis in qua dr ꝙ nō ē gen⁹ nec spēs ⁊c. dat̄ p negatōeꝫ ḡ nō ē bona. Scdo sic. color ē accñs tñ ē gen⁹ albedinis ⁊ spēs q̄litat̄. ḡ male dr in hac diffinitōe ꝙ accñs nō est gen⁹ nec spēs. Tertio sic. aīa sortis nō ē gen⁹ nec spēs nec differētia nec ꝓpriū inest aūt rei. s. corpi. ḡ ista diffinitio sibi ꝯuenit ⁊ tñ nō ē accñs. ḡ diffinitio ē mala. Quarto sic. illud qd ē sp in subiecto subsistēs nō pt ineē ⁊ nō inesse subiecto. ſꝫ accñs sp est in subiecto subsistēs. ḡ nō ꝯtingit eidē ineē ⁊ nō inesse. Quinto sic. pes sortis ꝯtingit eidē ineē ⁊ nō inesse tñ nō ē accñs. ḡ ista diffinitio pt cōuenire aliis a diffinito. ☞ Ad p̄mū dr ꝙ si negatio ꝯsiderēt̄ inquantuꝫ dt formal̄r nō eē ⁊ est negatio pura. sic nulla diffinitio debet dari p negationē. ſꝫ si ꝯsiderēt̄ material̄r inqtū ex ꝯsequēti ponit aliquā affirmationem sic diffinitio pt eē bona. qr p vnū oppositoꝝ dat̄ intelligi reliquū ⁊ p negatōem affirmatio. Ad scdm dr ꝙ lꝫ color respectu inferioꝝ sit gen⁹ et respectu superioꝝ sit spēs. tñ nō est genus nec spēs respectu sui subiecti respectu cuius dicitur accidens. ideo sub illo respectu sub quo est accidēs nō potest esse genus nec species. licꝫ tamen materialiter idem possit eē genus ⁊ species differentia ꝓprium ⁊ accidens respectu diuersorum. Ad tertium dicitur ꝙ licet anime sortis conueniat negatio aliorum predicabilium ab accidente. tamen sibi non conuenit prima pars diffinitōnis. scꝫ predicabile. nec etiam vltima. quia licꝫ insit rei vt forma substantialis materie. nō tantum vt accidens suo subiecto sicut hic accipitur. Ad quartum dicit̄ ꝙ cum dicit̄ accidens est in subiecto semp subsistens si semper dicat distributōnem pro omnibus partibus temporis general̄r. illa ꝓpositio est falsa. nec illo modo intelligitur a porphyrio. Sed si dicat distributionem pro partibus temporis duratōnis accidentis. ⁊ sit sensus semper in subiecto subsistens q̄ diu durat in esse. ⁊ isto mō est vera. Ad quintum dicitur ꝙ pes sortis potest eidem inesse ⁊ non inesse sicut pars sortis suo toti. non tamen sicut forma accidentalis suo subiecto de quo modo essendi in hoc loco intenditur.

Accidentium aliud sepabile. vt albedo in homine. Aliud insepabile. vt nigredo in coruo et ethiope. ⁊ album in cigno licet enim nigrum insepabiliter accidit coruo. tamen hoc non est cōtra diffinitōnem. in qua dicit̄ ꝙ potest adesse et abesse p̄ter subiecti corruptōnem. quia vt vult porphirius coruus

potest intelligi albus et ethiops nitens candore pter subiecti corruptōem. Item accidentium aliud cōmune. vt nigruz album. Aliud proprium. vt albedo, fortis.

Postq̄ autor notificauit accidens p diffinitōnem ponēdo tres diffinitiones eius. hic ꝯsequenter notificat ipm p diuisionē ponendo duas diuisiones ipius. quaꝝ pma est. Accidentiū aliud sepabile. aliud insepabile. Cuius diuisionis ratio est. q2 omne accidens vel habet causam firmam et pmanentem in subiecto. ꝛ sic est insepabile. vel habet causam variabilem ꝛ nō stantem in suo subiecto sic est accidens sepabile. Unde sepabile et insepabile sunt quidā modi accidētales ꝯueniētes ipi accidenti p respectum ad subiecta in q̄bus sunt. ideo hec diuisio potest dici diuisio subiecti in accidentia. ¶ Sciendū pmo q accidens sepabile est qd aptum natuz est facil'r separi ab alio. Sed dupl'r ꝯtingit vnū separi ab alio. Uno modo p realem sepatōem sic q ambo extrema realiter manent facta sepatōe et isto modo nullū accidens potest separi a substātia. licz quādoqz supernatural'r accidens sepatur a subiecto. vt in sacramento altaris vbi remanent accidētia sepata a subiecto. Alio mō aliqd potest separi ab alio per corruptōem eius. ꝛ sic accidens est sepabile a suo subiecto. q2 potest ab eo faciliter separi p eius corruptōem eo q nō habet causam stantem ꝛ fortiter radicatam in subiecto. ¶ Sciendū est scdo q accidens insepabile est qd nō potest faciliter separi a suo subiecto. eo q habet causam fortiter radicatam in suo subiecto. vt nigredo corui que radicatur in ꝓpria cōplexione corui q̄ nō potest ab eo faciliter separi. Aliquid tamē dupl'r dicitur insepabile. Uno modo negatiue sic q nullo modo separari potest. vt ista negatio in addita separabili negat actum ꝛ potentiam simul ꝛ sic propriuz est inseparabile a sua specie ꝛ etiam differentia. Alio modo dicitur inseparabile priuatiue quod nō sepatur actu vl' nō faciliter sepatur. ꝛ sic ista negatio intellecta per in negat actum vel facilitatem actus ꝛ relinquit potētiam. Et hoc modo accidens cōmune dicitur quod non faciliter sepatur capiendo insepabile priuatiue ꝛ nō negatiue sic q nullo modo potest separari. sicut nigredo corui transmutata complexione corui potest ab eo separari. nō tamen faciliter. ¶ Sciendum tertio q accidens scdo modo diuiditur per accn̄s cōe ꝛ ꝓpriū. Ratio est q2 omē accn̄s vel pt ꝯuenire pluribus indiuiduis ꝛ indifferenter pluribꝰ ptibꝰ sui subiecti. ꝛ sic ē accidens cōe. vt albedo vel nigredo vel est appropriatū alicui pti subiecti vel alicui indiuiduo ꝛ sic est accn̄s ꝓpriū sicut simitas. Ex quo pt3 q ista diuisio vt diuisio pcedens est diuisio subiecti in accidentia. q2 omne cōmune ꝛ ꝓpriū accidunt ipi accidenti. Et licz accidens nunq̄ sit pncipale subiectum alterius accidentis potest tamē esse subiectum ꝓpinquum ꝛ minus pncipale qd vocatur subiectum quo vt supficies est subiectum proximū albedinis siue est subiectum quo accidentia insunt subiecto substantiali. ¶ Sciendum quarto. q accidens cōmune dicitur dupliciter. vno mō quātū ad causalitatē eius eo q indifferēter causat a pluribꝰ causis. ꝛ hoc mō accn̄s qd hic diuidit dicit accn̄s cōe. Alio mō dicit cōmune p pdicatōem vel

inherentiā eo ꝙ ꝯuenit pluribus indiuiduis aut speciebꝫ ⁊ etiā pluribus ꝑtibꝫ corꝑis indifferēter. ⁊ hoc modo accn̄s cōmune est vnū membrū hu ius diuisionis. tale eīm dr̄ cōmune ꝑ causalitatē ⁊ ꝓdicatōe₃ sil'. sed accn̄s ꝓprium lic₃ sit cōmune ꝑ causalitatē nō tamē est cōmune ꝑ ꝓdicatōnem. Ideo dr̄ ꝓprium q: est appropriatū vni indiuiduo vel determinate ꝑti sui subiecti. ⁊ ꝑ hoc patēt due diuisiones accidentis. ¶ Cōtra ꝓdicta argui tur ꝑmo sic. Sicut nō esse in subiecto est ꝓprium substantie. sic esse in sub iecto est ꝓprium accidentis. ergo ꝯuenit omni soli ⁊ semꝑ. ergo accidens semꝑ habet esse in subiecto. ⁊ ꝑ ꝯsequens nō est accidens aliqđ seꝑabile.

Scđo sic. oīe accn̄s adest vel abest subiecto ꝑter eius corruptōe₃. vt p₃ ꝑ diffinitōnem eius. ergo oīe accn̄s est seꝑabile ⁊ nullum inseꝑabile. Tertio sic. idē accn̄s in specie est seꝑabile ⁊ inseꝑabile. vt albū in cigno est inseꝑabile ⁊ in lapide est seꝑabile. ergo mēbra huius diuision is coincidūt.

Quarto sic. accidens cōe diuidit̄ in scđa diuisione. sed illud nō dicitur de accidēte ꝓprio. q: ꝯuertit̄ cū vno mēbro istius diuisionis. ergo diuisio est insufficiens. Quinto sic. accidens ꝓprium est ꝓdicabile distinctu₃ ab accidēte cōi ⁊ nō ꝯtinet̄ sub ipo. g̃ male ponit̄ membꝝ diuisionis acci dentis in scđa diuisione eius. ☞ Ad ꝑmū dr̄ ꝙ l₃ esse in subiecto in ap titudine semꝑ ꝯueniat accidenti. tamen esse in subiecto in actu nō semper conuenit sibi simpliciter. sed solum ꝗdiu durat in esse. Ideo potest se parari a subiecto ꝑter eiꝰ corruptōem. Ad scōm dr̄. ꝙ lic₃ oīe accn̄s potest aliquo mō separi a suo subiecto ⁊ abesse. nō tn̄ qđlibet ꝑt facil'r se pari. Ideo nō oīe accn̄s dr̄ inseꝑabile negatiue sic ꝙ nullo mō seꝑetur a subiecto. sed bene ꝓuatiue. q: nō faciliter separatur. Ad tertium dicitur ꝙ idē accn̄s in spē bn̄ est seꝑabile ⁊ inseꝑabile respectu diuersorum subie ctorum. nō tamen respectu eiusdem subiecti. Ideo ista membra nō coin cidunt in eodem accidente in numero. Ad quartū dr̄ l₃ accn̄s diuisu₃ in scđa diuisione dicatur cōmune ꝑ causalitatē nō tamen ꝑ ꝓdicatōnem. Ideo verificatur de accidente ꝓprio. quia illud est cōmune per causalita tem nō tamen per ꝓdicatōnem nec ꝯuertitur cum accidēte cōmuni. qđ est membrum diuisionis. quia illud dicitur cōmune per ꝓdicatōnem.

Ad quintum dicitur ꝙ lic₃ accidens quod est proprium speciei sit pre dicabile distinctum ab accidente non tamen accidens proprium indiui dui de quo solum est hic ad propositum. Sed tale bene continetur sub predicabili accidentis.

Commune est omnibus quinq₃ ꝓdicabilibus de pluribus predicari. Differunt autem quia ge nus de pluribus predicatur ꝙ̃ alia. et ideo differt ab alijs. Differētia vero differt a genere in eo ꝙ predica tur in quale. genus vero in quid. Item differētia differt a spe cie ⁊ a proprio q: differētia ꝓdicatur de pluribus differenti

bus specie. illa autem nõ. differt em̃ ab accidente. q2 accidẽs suscipit intentõem z remissionẽ. Differẽtia vero nõ suscipit magis neq3 min9. Differt ãt spẽs a gñe. q2 gen9 ꝯtinet spẽs et nõ ꝯtinetꝛ ab eis. Spẽs aũt differt a differẽtia. q2 ex pluribus dr̃ñtijs bñ ꝯstituitꝛ vna spẽs. vt iste dr̃ñtie rõnale mortale ꝯiunguntꝛ ad ꝯstitutõem hui9 spẽi hõ. Species vero non ꝯiungitꝛ spẽi vt gignat aliam speciẽ. q̃dã em̃ ꝑticularis equa cuidã ꝑticulari asino ꝑmiscetꝛ ad muli generatõem. Sed nõ equa ex asin9 in cõi. Species aũt differt a ꝓprio q2 spẽs natura ꝓor est ꝓprio ꝓpriũ vero posteri9 est specie. Preterea q̃rum termini z diffinitõẽs sunt differẽtes ipa sunt dr̃ñtia. ergo spẽs z ꝓpriũ sunt differẽtia. Spẽs aũt differt ab accidente. q2 spẽs ꝑdicatꝛ in q̃d. accñs vero in quale. vel quõ se hꝫ. Species etiã natura ꝓor est accidẽte. Om̃e em̃ accidens natura posterius est suo subiecto. Proprium aũt differt ab accidente. q2 ꝓpriũ de vna sola specie ꝑdicatur cuius est ꝓpriũ. Accidens vero de pluribus speciebꝫ z accñs ꝑmo inest indiuiduis. z ꝑ posteri9 generibꝫ z spẽbꝫ. nõ em̃ hõ aut aĩal currit nisi q2 sortes vel plato currit. Propriũ aũt ꝑmo ꝯuenit spẽi. et ꝑ spẽm ꝯuenit idiuiduis. Itẽ gen9 differẽtia spẽs ꝓpriũ equaliter ꝑticipantur ab omnibꝫ de q̃bꝫ ꝑdicatꝛ. accidẽs vero nõ. sed suscipit intentõem z remissionem. Item genus differẽtia species ꝓpriũ vniuoce ꝑdicantꝛ. accidẽs aũt nõ predicatꝛ vniuoce sed denominatiue. Predicari aũt vniuoce est ꝑdicari ẽm vnum nomẽ et ratõnem vnam ẽm illud nomen sumptam. vt homo ẽm vnũ nomẽ ꝑdicatur de sorte et platone. vt sortes est homo. plato est homo. et ratio eius ẽm illud nomẽ est vna. vt animal ratõnale mortale et ob hoc ens

nõ potest esse genus. quia licet ꝫm vnum nomen predicatur nõ tamen ꝫm vnam ratõnem. Ratio enim entis ꝫm ꝙ dicitur de substantia est ens per se. ꝫm autem ꝙ dicitur de aliis nouem predicamentis est eins in alio ⁊ sic predicatur ꝫm diuersas ratões. ⁊ ideo non predicatur vniuoce. sed potius equiuoce aut multipliciter. Predicari aũt equiuoce est ꝑdicari vno noĩe ⁊ ratõnibus diuersis ꝫm illud nomen sumptis vt canis vno nomine ꝑdicatur de cane latrabili sidere celesti et pisce marino Nõ aũt ꝫm illud nomen ratio est eadem omnibus sed alia ⁊ alia. Denominatiua dicunt̃ quecunq; ab aliquo solo casu sunt differẽtia ⁊ ꝫm illud nomẽ habent appelatõem. vt a grãmatica grãmaticus. a fortitudine fortis. Unde grãmatica et fortis ꝑdicantur denominatiue. ⁊ ergo accidens denominatiue dicitur predicari.

Post ꝗ̃ autor determinauit in speciali de quinq; predicabilibus ⁊ absolute Hic ꝯsequẽter determinat de his cõparatiue cõparando ipa inter se ꝫm ꝯuenientiam ⁊ differentiam ipoꝝ. Prius em̃ habet vnumqđq; cognosci ꝫm se ꝗ̃ per respectum ad aliud. ⁊ quia ꝯuenientia est vt habitus. differẽtia vero vt ꝓuatio. Ideo anteꝗ̃ ipe cõparet ipa ꝫm differentiam ostendit ꝯuenientiam ipoꝝ. Dicens ꝙ cõmune est omnib; quinq; ꝑdicabilibus de pluribus predicari. Et ratio est. quia hoc est de ratione predicabilis in cõmuni. scꝫ predicari de multis. Ideo in hoc omnia ꝑdicabilia conueniunt sed ad videndum de differentiis eorum. ¶ Sciendum primo ꝙ genus differt ab omnibus aliis in generali in hoc qđ predicatur de pluribus ꝗ̃ quodcũq; alioꝝ. Et etiam quia genus est principium alioꝝ predicabilium. est em̃ principium differentiarum que inchoantur in potestate generis ⁊ etiam specierꝫ que sub ipso sunt. Et q2 proprium causatur a specie. accidens vero ab indiuiduis quoꝝ genus est ꝓncipium. ergo etiam est ꝓncipium proprii ⁊ accidentis. Et sic ẽ ꝓncipium alioꝝ predicabilium. quod nulli alioꝝ conuenit. Sed in speciali genus ꝓmo differt a differentia. q2 genus se habet vt determinabile differentia vero vt determinans. Scđo differt a specie. q2 genus ꝑdicatur de pluribus differentibus specie. Species vero solũ de differẽtib; numero. scꝫ de indiuiduis. Tertio differt a ꝓprio. q2 gen⁹ nõ ꝑdicat̃ ꝯuertibiliter. ꝓprium vero ꝯuertibiliter. Quarto vero ab accidente differt genus. quia genus predicatur essentialiter. Accidẽs aũt accidental'r ꝑdicat̃ ¶ Sciendum secũdo ꝙ differẽtia in generali differt ab omnib; aliis ꝑdi

cabilibus ꝑ hoc qđ est diuisiua generis ⁊ facit differre essentialr̄ qđ nulli
aliorum ꝯuenit. sed in speciali primo differt a genere per hoc qđ ip̄a pre-
dicatur in eo quod quale est. q̄ꝛ dicit essentiam rei per modum qualitatis
Genus vero p̄dicatur in eo quod quid est. q̄ꝛ dicit essentiam rei per mo
dū substantie. ⁊ per hoc etiam differt differentia a specie. sed secundo mo-
do differt a ꝓprio ⁊ a specie. q̄ꝛ ip̄a p̄dicatur de multis speciebus. sed spe-
cies ⁊ ꝓprium solum p̄dicantur de indiuiduis vnius speciei ⁊ hoc intelli-
gendum est de differētia generica. ⁊ nō de differētia specifica. Tertio dif-
fert ab accidēte. q̄ꝛ accidens suscipit magis ⁊ minus. Differētia vero nō
eo ꝙ eē ip̄ius ꝯsistit in indiuisibili cū sit vltimus actus spēi q̄ est sp̄ in aliq̄
determinato gradu entis. ¶ Sciendū ē tertio ꝙ spēs in generali differt
ab alijs ꝑ hoc ꝙ ip̄a subijcitur respectu alioꝝ p̄dicabiliū scʒ generi ⁊ diffe-
rentie ſm̄ p̄dicatōem accidētalē. Et hoc nulli alioꝝ ꝯuenit sʒ in speciali
p̄mo differt a genere. q̄ꝛ genus ꝯtinet oēs spēs sub se eo ꝙ est totum vni
uersale respectu suaꝝ specieꝝ. sed species nō ꝯtinet genus q̄ꝛ ꝑs nō ꝯti-
net suum totū. Scđo differt a differētia q̄ꝛ ex pluribus differētijs fit vna
differētia. sed ex pluribꝫ speciebꝫ nō fit vna tertia spēs. q̄ꝛ ex duobꝫ entibꝫ
cōpletis existentibꝫ in actu nō potest fieri vnum tertiū. Due aūt species
sunt entia cōpleta in actu. Tertio differt a proprio. q̄ꝛ species naturaliter
prior est proprio cum sit causa eius. ⁊ causa naturaliter p̄cedit suum effe-
ctum. Item diffinitōnes speciei ⁊ proprij differunt vt prius patuit. ideo
species differt a proprio. Quarto differt ab accidente. q̄ꝛ species natura
liter prior est accidente. ⁊ etiam p̄dicatur in eo ꝙ quid est. Accidēs vero
in eo ꝙ quale. ¶ Sciendū q̄rto ꝙ proprium differt ab omnibus alijs pre
dicabilibus in generali. q̄ꝛ p̄dicatur ꝯuersim. quod nulli aliorum conue-
nit sed in speciali primo differt a genere specie ⁊ differētia per differenti-
as prius positas. assignando differētias aliorum p̄dicabilium a proprio.
Scđo differt ab accidēte q̄ꝛ proprium de vna sola specie predicatur eo ꝙ
ꝯsequitur propria principia speciei. Accidens vero de pluribus. Item ꝓ
prium primo inest speciei ⁊ per speciem indiuiduis. Accidens primo inest
indiuiduis ⁊ posterius inest speciebus eo ꝙ fluit a principijs indiuidui.
Ex quo satis patet quomō accidens differt in speciali ab omnibus alijs
predicabilibus quia posite sunt differētie aliorum ab ip̄o tamen in gene-
rali differt dupliciter ab alijs. Primo quia accidens suscipit magis ⁊
minus. alia vero nō. sed equaliter ꝑticipantur a suis inferioribus. Secū-
do quia alia predicantur vniuoce. accidens vero denominatiue. Et ad
declaratōnem huius differētie diffinit vniuoce predicari equiuoce ⁊ de-
nominatiue. Unde predicari vniuoce est p̄dicari vno nomine ⁊ vna ratio
ne de multis. vt homo p̄dicatur vno nomine ⁊ vna ratōne de sorte ⁊ pla
tone. Predicari equiuoce est p̄dicari vno nomine ⁊ diuersis ratōibus. vt
homo p̄dicatur de homine viuo ⁊ mortuo. Sed denomīatiue ē p̄dicare
vno nomine tantum. ⁊ nō ratōne. vt album predicatur denomīatiue de
sorte et platone vno nomine sʒ nō vna ratōe. ¶ Contra predicta argu
itur primo sic. Genus non differt ab alijs predicabilibus per hoc in quo
conuenit cum ip̄sis sed conuenit cuꝫ ip̄is in hoc quod est de pluribus pre
dicari. ergo non differt ab alijs per hoc quod predicatur de pluribus.

Secūdo sic. omne supius actu ꝛ intellectu in suo inferiori ꝯtinet. sed spēs est inferius. ergo ꝯtinet suum genus. ergo male dicit ꝙ genus cōtinet species ꝛ nō ꝯtinet ab eis Tertio sic. Et duob entib existētib in actu non potest fieri vnū tertium. ſꝫ due drīe sunt duo entia in actu. ergo ex duab differentijs non potest fieri vna alia differētia. Quarto sic. Non eē in subiecto est propriū substātie ꝛ tñ predicat de multis spēb scꝫ de oībus spēb substātie. ergo ꝓprium non predicatur de vna sola spē. Quinto sic. Omne vl'e debet predicari vniuoce de multis. sed accidens est vnū vniuersale. ergo pdicat vniuoce ꝛ nō denoīatiue ☞ Ad primū dr ꝙ de pluribus. vno modo accipitur absolute ꝛ positiue vt tm̄ valet sicut de multis et hoc modo genus ꝯuenit cū alijs ꝑ hoc qd predicat de pluribus vel de multis. Alio modo capit ꝯpatiue ꝛ sic differt ab alijs ꝑ hoc qd predicat de pluribus ꝙ̄ alia pdicabilia. Ideo non est idem in quo genus ꝯuenit cuꝫ alijs in quo differt ab alijs. Ad secūduꝫ dr ꝙ licet spēs ꝯtineat genus sicut totū essentiale suas ꝑtes vel sicut inferius suū supius. scꝫ quo ad ꝑtē potestatis eius non tamen sicut totum vniuersale suas ꝑtes sic ꝙ ꝯtineat genus ſm totū potestatē ꝛ cōitatē eius. Ad tertiū dr. ꝙ licet ex duobus entib existentib in actu inq̄ꝫtum entia sunt in actu nō fiat vnū tertiū. tñ inq̄ꝫtum vnū est in potentia ad alterū ex duob entib in actu potest fieri vnū tertiū. Modo duorum differentiaꝝ vna potest se habere in potentia respectu alterius. per hoc ꝙ differentia supior constituit vnum genus quod est distinguibile ꝛ determinabile ꝑ differentiam inferiorem. Nō tamen est intelligēdū ꝙ differētia inq̄tū hmōi est ꝛ inq̄tuꝫ ē vltimꝰ actus spēi sit in potentia ad aliam spēm. Sed inq̄ꝫtum se habet vt actus confusus speciei inferioris ꝛ est constitutiua generis illius speciei. Ad q̄rtuꝫ dicitur. ꝙ si proprium capiat communiter pro omni proprio generis vel speciei sic potest predicari de multis speciebus. qꝛ propriū generis predicat de ipo vt est in multis speciebus. sed qꝛ tale cōmune est in multis speciebus ideo non habet nomen proprij simpliciter sed accidētis cōmunis. Sed si capitur soluꝫ pro proprio speciei specialissime. vt hic capit de vna sola specie predicatur Ad quintū dicit ꝙ si capiatur vniuoce predicari generaliter pro omni illo quod ſm vnum significatum predicatur de multis. sic omne vniuersale debet predicari de multis vniuoce. Et hoc modo accidens vniuoce predicat. quia accidens dicit totum esse accidentale sui subiecti. sed si capiatur vniuoce predicari specialiter pro predicari vno nomine et vna ratione essentiali de subiecto. sic accidens non predicatur vniuoce nec req̄ritur hoc ad esse vniuersalis hoc modo vniuoce predicari de multis. Et hec est de secundo tractatu

¶ Sequitur tertius tractatus.

Tractatus tertius

D cognoscendū predicamenta quedam sunt necessaria premittenda sine quorum cognitione nequaq̄ȝ potest haberi cognitio predicamentoꝝ. et ideo distinguimus cum arestotele triplicem modum predicandi. Eorum que predicātur. quedā sunt vniuoca quedā equiuoca quedā denoīatiua

¶ Iste est tertius tractatus predicamentoꝝ magistri Petri hyspani. In quo postq̄ȝ in p̄cedenti determinauit de dicibili incōplexo in rōne vniuersalis p̄dicabilis. Hic ꝯsequēter determinat de dicibili incōplexo sub rōe ordinabilis in genere ꝭm sub ꝛ supra. Cuius ordinis rō est. qꝛ ordinatio ꝭm sub ꝛ supra est ordinatio in recta linea p̄dicamētali. in qua genus ordinatur supra spēm ꝛ spēs sub genere ꝛ supra indiuidua. ꝛ sic de alijs. Et qꝛ talis ordinatio fit ꝭm rōnes vniuersaliū ꝛ p̄dicabilium. Ideo oportuit p̄mo determinare de dicibilib⁹ incōplexis q̄ȝtum ad rōnes vniuersaliū q̄ȝ ꝭm rōnes ordinabiliū in genere ꝭm sub et supra qđ fit in isto tractatu. qꝛ ordinare nescit q̄ rōnes ordinabiliū ignorat. et intitulaꝛ iste liber. liber p̄dicamētoꝝ. qꝛ inter dicibilia incōplexa p̄dicamēta sꝰ principaliora. et a p̄ncipaliori pte subiecti sepe fit denoīatio scientie. Ideo ꝯuenienter denominaꝛ iste liber a p̄dicamētis. ¶ Sciēdū est p̄mo ꝙ p̄dicamēta q̄ sunt genera generalissima dupliciter ꝯsideranꝛ. Uno modo inq̄ȝtum sꝰ p̄ma p̄ncipia formalia diuersitatis reꝝ. ꝛ hoc mō de ipis nō p̄t aliqđ denoīari Nec de ipis sub tali rōne est scia sed solū intellectus. Alio modo ꝯsiderātur p reductōem ad aliqđ cōe. Et hoc dupl'r. Uno° inq̄ȝtuȝ reducūtur ad ens ꝛ sunt ptes entis. Et hoc mō ꝯsideraꝛ de ipis in metphysica que ꝯsiderat ens inq̄ȝtum ens. Alio° inq̄ȝtum reducunꝛ ad dicibile incōplexū ordinabile in genere ꝭm sub ꝛ supra. ꝛ sub tali rōe ꝯsideranꝛ in logica. Logicus em̄ nō ꝯsiderat res absolute. sȝ inq̄ȝtum referunꝛ ad ratōem dicibilis ꝛ p̄dicabilis. vt in ipis aliq̄ scđe intentōnes fundanꝛ ¶ Sciendū scđo ꝙ huius tractatus subiectū est ens dicibile incōplexū ordinabile in genere ꝭm sub et supra put stat sub voce talē ordinē ꝑcāte. Dicitꝛ em̄ dicibile eo ꝙ solū hic ꝯsideranꝛ res vt referunꝛ ad dici Et dicitur incōplexū ad differētiam subiecti p̄mi tractatus qđ est dicibile ꝯplexū. s. enūciatio Et dr̄ ordinabile in genere ad drām subiecti libri predicabilium qđ est dicibile incōplexū sub rōne vl'is. ꝛ non sub rōne ordinabilis in genere. Et nō est predicamentum subiectum huius tractatus q̄ȝuis sit p̄ncipalior ps eius qꝛ non omnia hic cōsiderata p̄ncipaliter considerantꝛ sub ratione predicamenti sed sub rōne dicibilis incōplexi ordinabilis in genere. Et p hoc pȝ que sit causa materialis huius tractatus. Subiectum em̄ attributionis et materia circa quam idē sunt sicut dictum est p̄us Et p hoc etiā habeꝛ

causa finalis. qꝛ finis intrinsecus hui⁹ tractatus ē pfecta cognitio sui subiecti sicut in alijs scientijs speculatiuis finis intrinsecus. est pfcā ꝯgnitio sui subi attributōis Sꝫ finis extrinsecus est pfecta ꝯgnitio enūciatōis q̄ fit ex dicibilibꝫ incōplexis ꝛ etiam argumētatōis ꝛ generalr̄ acq̄sitio oīm sciaꝝ. Causa āt formalis ē modus ꝓcedendi q̄ est diffinitiuus diuisiuus ꝓbatiuus ꝛ exemploꝝ positiuus. Forma vero tractatus ē diuisio eiꝰ ꝑ capitula ꝛ capituloꝝ ꝑ ptes. Unde huius tractatus sunt tm̄ tres ptes p̄ncipales. In p̄ma tradunt̄ antep̄dicamēta. In scd̄a predicamēta. Et in tertia postp̄dicamentā ¶ Sciendū tertio. ꝙ antep̄dicamētum est documentum p̄cedens spēalem determinatōnem predicamētorum imediate ordinatum ad cognitōnem eoꝝ habēdam. Dicit̄ immediate ordinatuꝫ ad cognitōem eoꝝ habēdam. qꝛ licet diffinitōes p̄dicabilium valeant ad cognitōem p̄dicamētoꝝ tn̄ nō ordināt̄ imediate ad cognoscēdū ip̄a p̄dimēta sꝫ vl̄ia. Et sūt tria an̄predicamēta in genere scꝫ diffintio diuisio ꝛ regula. Et septem in specie. s. tres diffinitōes. due diuisiones. ꝛ due regule. Quaꝝ sufficientia patet. quia oē an̄predicamentū valet ad cognitionem p̄dicamentorū habēdam. ergo valet ad cognoscēdum cōuenientiam vel drām vel ordinē. Si primū hoc est tripliciter. vel valet ad cognoscendum reductōnem predicamentoꝝ in suū commune equocū qd̄ est ens. et sic est diffinitio equiuocorum. vel valet ad cognoscendū reductionē dicibilium vnius generis ad suum genus generalissimū. ꝛ sic diffinitio vniuocorum. vel valet ad cognoscēdum cōuenientiā ꝛ reductōem omniū predicamētoꝝ accidētis in suum subiectum. qd̄ est substantia. de qua dicuntur denoīatiue. ꝛ sic est diffinitio denoīatiuorū. si valet ad cognoscēdum drām hoc est duplr̄. vel docet drn̄am eorū que ponūtur in genere ab alijs sic est p̄ma diuisio. vel docet drām eoꝝ que ponūtur in diuersis generibꝫ. et sic est diuisio scd̄a. Si valet ad cognoscendū ordinem dicibilium. in recta linea predicamentali hoc est dupliciter. vel hoc est respectu vnius coordinatōnis. ꝛ sic est p̄ma regula. vel diuersarū. ꝛ sic est secūda regula. Et ista antepredicamenta p̄mittēda sunt ante vera predicamēta. qꝛ sine eoꝝ cognitōne non potest haberi cognitio p̄dicamētorū ¶ Sciendum quarto. ꝙ ad cognoscendū antepredicamēta autor ponit vnā diuisionē modorum p̄dicādi sic. Eoꝝ que predicantur. quedam sunt equiuoca. quedaꝫ sunt vniuoca. quedam denominatiua. Cuius diuisionis ratio est. quia oē quod predicatur. vel predicatur tanq̄ multa vel tanq̄ vnum si primum sic est equiuocum. si secūdum. hoc est dupliciter. quia vel predicatur nomine tm̄. et sic est denoīati-vnū vel noīe ꝛ rōe simul. ꝛ sic est vniuocū Et de his tribus videbitur in spēali. et est illa diuisio analogi in sua analogata. quia per prius dicitur de vniuoca predicatione. secūdo de denominatiua. tertio de equiuoca. ☞ Contra predicta arguitur primo sic. Omne id de quo est scientia debet habere principia per que cognoscitur. sed predicamenta non habent principia per que cognoscūtur. ergo de ipsis non est scientia Minor patet. quia sunt prima prima rerum principia. ¶ Secundo sic. Logica non habet considerare de rebus realibus cum logica sit scientia rationis et non realis. sed predicamenta sunt res reales. ergo male hic determinatur de ipsis.

Tertio sic. Prima principia sunt simpliciter per se nota et quo ad nos. sed predicamenta sunt prima principia. ergo sunt per se nota et quo ad nos ergo ad cognoscendū predicamenta non sunt aliqua necessaria premittē-da. Quarto sic. In libro predicabiliū determinatur sufficienter de modis predicandi. ergo in hoc tractatu nō debet determinari de ipis quare hic male distinguit triplicē modū predicādi. Quinto sic. Mēbra diuisio-nis coincidūt. ergo diuisio est insufficiens. Añs patet. quia homo vniuoce predicatur de sorte et platone. et equiuoce de hoīe viuo et mortuo. et sic idē est vniuocū et equiuocū. ☞ Ad primū dicitur. quod licet predicamēta non habeant principia formalia et vniuoca. eo quod sunt prima tamē habēt princi-pia effectiua et analogia. ideo de ipis vt reducuntur ad vnū cōe potest eē sciē-tia per talia principia Ad secundū dicitur quod licet logicus non consideret prin-cipaliter de rebus secundum se acceptis. tamen considerat de rebus vt stant sub intentio-nibus primis vel secūdis ex quibus fiunt argumentatōnes. Ideo in logica conuenienter determinatur de ipsis predicamētis. Ad tertiū dicitur quod licet pri-ma principia complexa sint per se nota simpliciter et quo ad nos. vt omne to-tum est maius sua parte. Non tamē prima principia incōplexa. sunt enim talia nobis difficillima ad cognoscendū sicut sunt decem predicamenta. Ideo antepredicamēta necessario sunt premittenda Ad quartū dicitur quod licet in hoc tractatu non debeat determinari de modis predicādi quos predicābiliū in speciali tamen potest de ipis determinari in generali ad ostēdendū quomodo genus predicetur de suis inferioribus. et accidentia de prima substātia Ad quintum dicitur quod licet homo prout accipitur pro oībus significatis eius predicetur equiuoce. tamen prout accipitur pro vno tantum significato predicatur vniuoce. Ideo non est vniuocum et equiuocum secundum candem acceptionē eius. sed secundum diuersas rationes eius. ideo membra non coincidunt.

Equiuoca dicuntur quorum solum nomen est com-mune et ratione substantie secundum illud nomen est diuer-sa. vt animal signicat animal verū et pictum et nomen solū eis est commune. et secundum illud nomen ratio substantie est di-uersa. Dicimus enim de leone picto in pariete. Ecce terribile animal et de leone viuo idem dicimus equiuoce. de statuis regū dicimus Isti sunt tales reges et de his que adhuc regnāt dicimus. Isti sunt tales reges sumendo nomē regis equiuoce

dicitur vrina homis vel animalis est susceptibilis sanitatis et animal est susceptibile sanitatis. Hec enim suscipit sanitatem quia significat eam illud vero quia est subiectum eius. Et ita hec ppꝛietas nō cōuenit oꝛationi sed soli substātie

Postq̄ autoꝛ posuit quintā ppꝛietatē sube. Hic pn̄ter posuit sextam et vltimā dicens. q maxime ppꝛiū est substātie cuȝ sit vna et eadem numero fm sui mutatōnem susceptibilem esse ꝯtrarioꝝ. Cui⁹ rōe st quia oīa cōtraria sunt forme accn̄tales cū substātia nō habeat ꝯtrariū vt dictū ē. Sed illa accn̄tia sunt in suba vt in subiecto et etiā ꝯtraria sunt circa idem in numero a quo mutuo se expellunt vt patet p definitōem eoꝝ. ergo suba manēs eadem numero est susceptiua ꝯtrarioꝝ sicut idē homo est qn̄q3 niger qn̄q3 albus aliqn̄ calidus aliqn̄ frigidus et sic de alijs cōtrarijs Sciendū primo est q cōtraria nō pn̄t recipi in eodē subiecto in numero sine aliqua mutatōne sube. Ideo suba non pt sine aliqua mutatōne recipe ꝯtraria. Talis aūt mutatio non est ipoꝝ ꝯtrarioꝝ tanq̄ subiecti qd mutat̄ cū illa ꝯtraria sint termini mutatōis. Ideo illa mutatio est sube tanq̄ subiecti que quidē suba manet eadem et vna sub vtroq3 ꝯtrarioꝝ. Ideo in ista ppꝛietate bene dicit̄ suba fm sui mutatōnem est susceptiua cōtrarioꝝ et licet substātia fm suū esse substantiale nō mutet̄ sed maneat sub vtroq3 ꝯtrarioꝝ. tn̄ mutatō sibi cōuenit fm esse accn̄tale suū q capit ab ipsis cōtrarijs. Sciendū secundo q hec ppꝛietas sube cōuenit oībus substātijs tam pmis q̄ secūdis licet diuersimode qa pma suba est per se pmo susceptiua ꝯtrarioꝝ. et secunde substātie suscipiūt ꝯtraria ex ꝯsequēti per hoc qd hn̄t esse in pmis p hoc eīn q soꝛtes est alb⁹ et niger. Ideo ex ꝯn̄ti homo fit alb⁹ vel niger. Et similiter coꝛpus vel suba. Et sic ista ppꝛietas cōuenit soli et omni substātie. quia nulla q̄titas. manens eadē numero est susceptibilis cōtrarioꝝ sicut eadem linea in numero nō est recta et curua. Similiter nec aliqua eadē qualitas suscipit ꝯtraria nec eadem actio in numero pōt esse bona et mala et sic de alijs accn̄tib⁹. Et sic ista ppꝛietas cōuenit omni substātie et soli et semp fm aptitudinem et sic ē sibi ppꝛia quarto mō. Sciendū tercio est q licet eadem oꝛatio qn̄q3 sit vera qn̄q3 falsa. Et p hoc videat̄ manēs vna numero esse susceptiua cōtrarioꝝ tn̄ sibi nō cōuenit hec ppꝛietas pter duas rōnes. Prima est qa ipa eadem numero nō suscipit cōtraria fm sui mutatōnem sed fm mutatōnem rei significate. Vn̄ veritas oꝛatōnis ē adequatio eius ad rē significatā. Et falsitas est inadequatio eius ad rem significatā. Sed talis adequatio vel inadequatio mutat̄ per mutatōnem rei significate et nō per mutatōnem oꝛōnis sicut hec oꝛatio soꝛtes currit est vera soꝛte currēte illo vero sedente est falsa pter mutatōnem rei significate. Secūda rō est quia oꝛatio nō est susceptiua veri et falsi p modum subiecti sed tm̄ p modū signi Et in ista ppꝛietate intelligit̄ q substātia sit susceptibilis ꝯtrarioꝝ tanq̄ subiectū ipoꝝ. ideo oꝛatio nō est susceptibilis ꝯtrarioꝝ vt hic accipit̄ susceptibile ꝯtrarioꝝ Sciendū quarto q verū et falsum sunt in oꝛōne vt in signo fm qd oꝛatio ē signū adequatuȝ vel inadequatū ꝯpositōnis extremoꝝ que

compositio est ex parte rei intellecte. Et sunt in rebus vt in subiecto. Cuius causa est quia veritas est rei entitas et est passio entis. sed passiones entis sunt extra aiam in rebus vt in subiecto. Cuius etiam signum est si nullum intelligat significatum huius orationis sortes sedet. et non intelligens profert eam. Illa propositio erit vera sorte sedente. Et etiam veritas non est in oratione vt in subiecto. ergo relinquitur quod sit in rebus vt in subiecto. et per hoc patet quomodo verum et falsum sunt in rebus. et in oratione. Ideo equiuocatur modus essendi in cum dicitur quod verum et falsum sunt in rebus et in propositione cum dicitur vtraque illorum esse susceptiua contrariorum. vt cum dicitur quod res est susceptibilis veri et falsi. Et etiam oratio quia oratio est solum susceptibilis tanquam signum et res vt subiectum. Et per hoc patet intellectus huius proprietatis. Contra predicta arguitur primo sic. Deus est substantia cum sit ens per se et tamen non est susceptibilis contrariorum cum in eo non sit contrarium nec accidens aliquod. ergo non omnis substantia est susceptiua contrariorum. Secundo sic. Angeli sunt substantie et tamen non sunt susceptiui contrariorum cum sint forme simplices. Similiter neque celum. ergo ista proprietas non conuenit omnibus substantijs. Tercio sic eadem superficies suscipit album et nigrum que sunt contraria. ergo non solum substantia est susceptibilis contrariorum

Quarto sic duo contradictoria non possunt verificari de eodem sine sui mutatione. sed verum et falsum se habent vt contradictoria respectu propositionis igitur eadem oratio non potest esse vera neque falsa sine sui mutatione. Quinto sic. Illud quod semper significat idem non significat quandoque verum et quandoque falsum sed vna oratio semper idem significat vt hec oratio sortes videt semper significat sortem videre siue videat siue non. ergo eadem oratio non fit quandoque vera et quandoque falsa per mutationem rei. Ad primum dicitur quod licet deus sit substantia capiendo substantiam pro ente per se stante tamen si capiatur substantia specialiter pro omni ente per se vniuersali vel particulari vt capitur in proposito sic deus non est substantia. Ad secundum dicitur quod licet angeli non suscipiunt contraria materialia siue naturalia que sunt qualitates actiue et passiue tamen bene suscipiunt contraria in genere moris quia natura eorum est mutabilis de bono in malum secundum eorum primam institutionem. Et etiam susceptibiles sunt sciencie et ignorantie. Et etiam celum suscipit contraria de genere situs et de genere vbi vt sursum deorsum. ante et retro. Etiam suscipit aliquas qualitates contrarias vt rarum et densum. Ad tercium dicitur licet eadem superficies suscipiat contraria tanquam subiectum quo non tamen tanquam subiectum quod dans eis existentiam quod facit substantia. Ad quartum dicitur quod si capiatur generaliter mutatio pro quacunque mutatione siue variatione in aliqua forma absoluta vel respectiua contradictoria possunt verificari de eodem sine sui mutatione. Sed si capiatur mutatio solum pro variatione in aliqua forma absoluta sic contradictoria non bene verificantur de eodem sine sui mutatione Modo verum et falsum sunt forme respectiue et non absolute. Ideo bene verificantur de propositione per mutationem rei sine mutatione orationis Ad quintum dicitur quod licet eadem oratio semper significet idem significatum non tamen semper significat ipsum adequate. Ideo non semper est vera etc.

Quantitatis. aliud continuum. aliud discretum. Quan

titas continua est cuius partes copulantur ad eundem terminū cōmunem. vt partes linee copulanṫ ad punctum.

Postq̄ autor superius determinauit de substantia que est primū predicamentū. Hic cōsequenter determinat de predicamentis accidentiū. Et p̄mo de quantitate. Cuius ratio quia predicamenta accidentiū ordinantur inter se ſm q̄ propinquius se habent ad substantiam. Sed inter omnia p̄dicamenta accidentiū quantitas inest īmediatius substantie materiali. et cetera predicamenta accidentiū insunt substantie mediante quantitate. eo q̄ alia accidentia mediante quantitate in substantia materiali acquiruntur per motū vel primo: vel ex cōsequenti. Sed substantia materialis nō subijcitur motui nisi per quantitatē. Ideo alia accidentia mediante quantitate acquiruntur in subiecto. Ideo quantitas conuenienter preponiṫ alijs accidentibus. Sciendum primo est q̄ licet quantitas dicatur vniuoce de omnibus quantitatibus quia predicatur de ipsis ſm vnū nomen ⁊ vnam rōnem que est q̄ quantitas est ens mensuratiuū substantie. Tamen quia quantitas non habet diffinitōnem quidditatiuā ⁊ a priori. ideo non diffinitur quidditatiue. Et etiam diffinitio non posset notificare quantitatem discrete q̄tum ad diuersos modos quibus mensurat substantiam. Sed isti modi sufficienter notificantur per diuisionem. Ideo quantitas cōuenienter diuidiṫ anteq̄ diffiniaṫ. Unde si diffinireṫ talis diffinitio parum notificaret ip̄am. Ideo ip̄a magis notificatur a posteriori per diuisionem. sicut alia genera generalissima que quandoq̄ magis notificantur ⁊ facilius per diuisionem q̄ per diffinitōnem. Et magis distincte cognoscitur q̄tum ad suas species. Sciendum secūdo q̄ quantitas in textu sic diuidiṫ. quantitatis. aliud continuū. aliud discretū. Cuius diuisionis ratio est. quia omnis quantitas est mensura substantie vel ergo mensurat ip̄m ſm q̄ habet partes sep̄atas ab inuicem. ⁊ sic est discreta quantitas. vel ſm q̄ habet partes continuas ad inuicem non sep̄atas. ⁊ sic est quantitas continua. Unde in quantitaee discreta. partes sunt ab inuicem distincte. Et in quātitate cōtinua partes copulanṫ ad vnū terminū cōmunē qui est finis vnius partis et principium alterius. Unde in hac diuisione dicitur quantitatis in singulari numero. ⁊ non plurali. Ad ostendendū vnitatem generis predicamētalis. Et poniṫ aliud ⁊ non alia ad ostendendū q̄ illa diuisio non est diuisio generis in species specialissimas sed in genera subalterna. Unde sensus diuisionis est. Generū quantitatis aliud continuū aliud discretum. Et magis ponitur aliud q̄ alterum ad ostendendū diuersitatem essentialem quātitatis continue ⁊ discrete. Sciendum tercio q̄ iste due species quantitatis scȝ continuum ⁊ discretum possunt dupliciter considerari. Uno modo cōpando eas ad quantitatem in cōmuni. Et hoc modo vna non est prior altera imo quantitas eque primo ⁊ vniuoce predicatur de ip̄is. Alio modo compando eas inter se ⁊ hoc ſm dupliciter quia possunt considerari ordinem cognitionis et quo ad nos. ⁊ sic quantitas continua precedit quantitatem discretam. quia per diuisionem continui causaṫ quodāmō

numerus ⁊ cognoscit̄ a nobis. Alio mō cōparantur ꝭm ordinē nature ⁊ sim-
plicitatis. Et hoc modo discreta ꝑcedit continuā q̄ꝛ vnitas que est princi-
pium quantitatis discrete simplicioꝛ est puncto qui est principiū quātitatis
cōtinue. Eo ꝙ vnitas non habet positōnem in cōtinuo sicut habet punctꝰ
Et per hoc patet ordo istaꝝ specieꝝ inter se ⁊ ad suū genus Sciendum
quarto ꝙ in diuisione quātitatis ponit̄ cōtinuū ante discretū ⁊ determinā-
do de ipis preponit discretū cōtinuo ⁊ hoc facit ad oñdendū duplicē ordi-
nem illaꝝ specieꝝ inter se. Per hoc em̄ ꝙ ī diuisiōe continuū ꝑponit̄ discreto
oñdit̄ ordo istaꝝ specieꝝ ꝭm ordinē cognitōnis nostre ⁊ quo ad nos sed de-
terminando de ipis discretū preponit̄ conitnuo ꝑ qđ oñditur ꝙ ordine na-
ture discretū precedit ꝯtinuū. ⁊ sic patet ordo quātitatis inter alia p̄dica-
menta ⁊ quare prius diuidit̄ q̄ꝫ diffiniat̄. Patet etiā declaratio diuisionis ⁊
ordinatio suaꝝ specieꝝ inter se ⁊ ad suū genus. Contra predicta arguit̄
p̄mo sic. Omne p̄dicamentū accñtis hꝫ vnū modū denominādi p̄mā sub-
stantiā cū p̄dicamēta distinguant̄ ꝭm diuersos modos p̄dicandi de prima
suba. Vñ illa que nō hñt modū eundem p̄dicandi de p̄ma suba semꝑ sunt
in diuersis p̄dicamentis. Sed quantitas hꝫ vnū modū p̄dicandi de p̄ma
suba q̄a quātitas cōtinua denomiat eam quantā ⁊ discreta denomiat eaꝫ
quotam. ergo quātitas nō est vnū p̄dicamentū Scđo sic. omne genꝰ di-
citur equaliter de suis speciebꝫ. sed quātitas nō dicit̄ equaliter de suis spe-
ciebus. g̊ nō est vnū genus. Tercio sic. In omni genere est vnū minimū
qđ est metrū mensura oīm illoꝝ que sunt in tali genere sed in quātitate sūt
duo minima scꝫ vnitas punctus. g̊ quantitas nō est vnū genus Quar-
to sic. Omne vniuocū debet prius diffiniri q̄ꝫ diuidi sed quātitas est quod-
dam vniuocū. g̊ prius debet diffiniri q̄ꝫ diuidi. Quinto sic. Omne cōti-
nuū est discretū cū oīe cōtinuū sit vnū in se ⁊ diuisum ab alijs. g̊ cōtinuū ⁊
discretū coincidunt ⁊ sic nō sunt membra diuisionis Ad primū dr̄ ꝙ lꝫ
ꝭm vsum nō habeamꝰ vnū modū denominandi p̄mā subam ꝑ q̄ꝫtitatem
tamē ꝭm rem q̄ꝫtitas hꝫ vnū modū cōmunē denominādi ipam q̄ꝛ oīs q̄ꝫti-
tas dat sube esse q̄ꝫtum ⁊ sic denominat subam quantā licet illud denoīa-
tiuū quantū quo ad nos sit appropriatū quātitati cōtinue eo ꝙ habemus
aliud denoīatiuū ꝓpriū quātitatis discretū scꝫ quotū. Et sic oīs q̄ꝫtitas de-
nominat substantiā mensurabilem vel mensuratā. Ad scđm dr̄ ꝙ licꝫ cō-
parando illas spēs inter se discreta sit vno mō prioꝛ cōtinua tamē respectū
ad suū genus equaliter se hñt ⁊ sic q̄ꝫtitas dr̄ vniuoce de ipis. Ad terciū
dicit̄ ꝙ licet vnitas ⁊ punctū sint minima respectu aliquaꝝ specieꝝ quātita-
tis. tamē nullū eoꝝ est simpliciter minimū respectu totius generis quātita-
tis. q̄ꝛ nullū istoꝝ est cōmune p̄ncipiū oīm specieꝝ eius. sed essentia q̄ꝫtitatis
in cōmuni est minimū in illo p̄dicamento Ad quartū dicit̄ ꝙ oīe vniuo-
cū qđ potest melius notificari ꝑ diffinitōnem q̄ꝫ per diuisionem prius debet
diffiniri q̄ꝫ diuidi. tamen qñ facilius ⁊ magis distincte notificat̄ ꝑ diuisioneꝫ
q̄ꝫ per diffinitōnem. prius diuidit̄ q̄ꝫ diffinit̄ ⁊ sic est de quantitate. Ad
quintū dicit̄ ꝙ licet continuū ⁊ discretū materialiter in vno coincidant ⁊ ꝭꝫ
diuersas rōnes. non tamen coincidunt formaliter ꝭm vnā rōnem. Unde
aliqđ subiectū inq̄ꝫtum partes eius copulant̄ per vnū terminū cōmunē dr̄
continuū sed inq̄ꝫtum ē distinctū ⁊ seꝑatum ab alijs indiuiduis dr̄ discretū

et sic habꝫ mēsurari quantitate discreta sed respectu termini cōmunis ad quem partes copulantur dicitur ꝯtinuum.

Est aūt discreta quantitas vt numerus et oratio. vñ due sunt species eius. nō eñ est in numero aliquis terminus cōmunis ad quem partes numeri copulantur. vt in decē quinqꝫ et quinqꝫ aut tria ⁊ septem ad nullum terminum copulantur. sed semꝑ discreta sunt. Est aūt numer⁹ multitudo ex vnitatib⁹ aggregata. sil'r in oratōne syllabe nō copulant̄ ad aliquem terminū. sed vnaqueqꝫ est separata ab alia.

Postqꝫ autor posuit diuisionē quātitatis hic ꝯñr determinat de mēbris ei⁹ scꝫ de quātitate ꝯtinua ⁊ discreta Et qꝛ ordine nature quātitas discreta ṗor ē ꝯtinua cū sit simplicior. iō pri⁹ determinat de ipa qꝫ ꝯtinua qꝛ tñ ꝯtinua ē nobis notior qꝫ discreta. Ideo notificat discretā ꝑ abnegationē ei⁹ qḋ ꝯuenit ꝯtinue scꝫ ꝑ hoc qḋ ē habere ꝑtes q̄ ꝑ vnū terminū cōem copulant̄ ad inuicē. Vñ sic diffinit̄. quātitas discreta est illa cuius ꝑtes nō copulant̄ ad aliquē terminū cōem sꝫ remanēt ab inuicē discrete ⁊ sep̄ate. Et diuidit̄ in duas spēs scꝫ in numeꝝ ⁊ orōem. Cui⁹ rō ē. qꝛ oīs quātitas discreta vl' hꝫ ꝑtes ꝑmanētes vel successiuas. Si ṗmū sic ē numerus. si scḋm sic ē orō. Sicut aūt numer⁹ causat̄ ex diuisione ꝯtinui ꝑmanētis sic oratio causat̄ ex diuisione ꝯtinui successiui scꝫ tp̄is mēsurantis ꝓlatōem vocis ¶ Sciendū est primo. ꝙ numer⁹ ē multitudo ex vnitatibus aggregata. Et ponit̄ multitudo loco generis. Et dr̄ ex vnitatibus aggregata scꝫ ex vnitatib⁹ de genere quātitatꝭ ad denotandū ꝙ numer⁹ ē multitudo formalis q̄ ex talib⁹ vnitatib⁹ ꝯsurgit ad differētiā multitudinis materialis sicut est multitudo subiectoꝝ habentiū tales vnitates et est talis numerus quātitas discreta. Et ꝙ sit quātitas ꝑꝫ. qꝛ omnis mensura substātie est quātitas sed ꝑ numeꝝ mensuramus substantiā. sicut ꝑ numeꝝ denariū mēsuramus decem canes vel hoīes. ergo numer⁹ est quātitas ⁊ ꝙ sit discreta ꝑꝫ. qꝛ ꝑtes eius nō copulantur ad aliquem terminū cōmunem qui sit finis vnius ꝑtis ⁊ principium alterius. Sed omnes vnitates in numero remanent diuise ⁊ discrete inter se. Cum quelibet possit indifferenter separi ab alia. ¶ Sciendū scḋo. ꝙ causa formalis numeri est vnio suarum vnitatum sub forma discretōnis que ꝯuenit ab vltima vnitate numeri que dat sibi nomen ⁊ ratōnem. vt denarius capit formam ⁊ speciem numeri denarij a decima vnitate ⁊ licet sic vniātur ille vnitates sub forma discreti tamen nō vniuntur per copulatōnem ad aliquem terminū cōmunem. Sed causa materialis in qua numeri sunt res numerate in quibus est numerus vt in subiecto. vt denarius est subiectiue in decem canibus vel lapidibus. Causa aūt finalis eius est certificatio vel mensuratio substantie accepte ſm suas ꝑtes separatas ⁊ discretas. Et eius cā efficiēs ē causa efficiēs substantie quātū ad suū formale ⁊

quantum ad actū numerādi est aīa numerās. Et capit̄ hic numer⁹ non ꝓ numero numerato ꝙ est res numerate sicut canes ꝛ lapides. Nec ꝓ numero numerāte effectiue ꝙ ꝺꝫ aīa numerās sꝫ ꝓ numero numerāte formaliter ꝙ ē quātitas formalr̄ exn̄s in reb⁹ numeratꝭ. ¶ Sciendum tertio ꝙ orō capit̄ tripl̄r. Uno mō ꝓ voce ꝓlata ꝛ sic est de tertia spē qualitatis Alio mō capit̄ ꝓ voce cōplexa vt ꝑcatiua est cōplexi ꝛ sic est ens ratōnis quantū ad suū esse formale qꝺ est ordinatio ꝛ habitudo ad ꝑcanduꝫ ꝛ sic nō ponit̄ in aliquo pdicamēto Tertio sumit̄ ꝓ mēsura sonoꝝ litteraꝝ ꝛ syllabaꝝ existentiū in voce ꝓlata ꝑm quā mensuraꝫ vna syllaba formalr̄ ꝺꝫ breuis ꝛ alia longa. Et dictio mensurat̄ ꝑ ꝓlatōnes suaꝝ syllabaꝝ ꝛ syllabe ꝑ sonū litteraꝝ. Et isto modo capit̄ hic oratio ꝓ ista mensura sonoꝝ vocis prolate. ¶ Sciendū quarto ꝙ talis mensura vocis prolate ē quantitas discreta. Et ꝙ sit quātitas patꝫ. qꝛ omne accidens mensuratiuum sui subiecti est quātitas sed oratio est mensuratiua sui subiecti quod ē vox prolata. ergo est quantitas ꝛ ꝙ sit discreta patꝫ. quia partes eius non copulantur ad aliquem terminum cōmunem qui sit principium vnius partis ꝛ finis alterius Unde in voce prolata vna syllaba nō est principiū vnius ꝛ finis alterius. sed omnes syllabe sunt discrete ꝛ distincte ab inuicem et licꝫ sint distincte tamē capiunt formam vnius discreti per aggregationem ꝛ ꝑ ordinem eaꝝ inter se ꝛ sic aliquo modo vniunt̄ ꝛ differt oratio a numero qꝛ licꝫ vtrūqꝫ incipiat ab vno indiuisibili tamē in numero illud indiuisibile qꝺ est ꝑncipiū scꝫ ipa vnitas resumit̄ pluries cū ꝯsequentib⁹ ad certificandum ipm subiectū vel numeꝝ. sed in oratōne illud primum indiuisibile nō resumitur cum sequentibus qꝛ sunt ꝑtes nō ꝑmanētes ꝛ per hec satis patent species quātitatis discrete. ¶ Contra pdicta arguit̄ primo sic. Multitudo nō est quātitas sꝫ relatio cū multū sit de genere relationis sicut est paucū sꝫ numer⁹ ē multitudo. g̃ nō est q̄titas Scꝺo sic Ois spēs hꝫ aliqꝺ vnū idiuiduū in nūero sꝫ nūer⁹ nō hꝫ aliqꝺ indiuiduū vnū in nūero. Cū null⁹ pticularis numer⁹ hꝫ vnū subiectū in nūero sꝫ in ꝺuersis est sicut decē vnitates ex q̄bus est denari⁹ numerus sicut in decē canibus. ergo numerus non est species quantitatis discrete Tertio sic Omne compositum ex indiuisibilibus est indiuisibile. sed numerus si est ex indiuisibilibus. ergo nō est multitudo aggregata ex vnitatibus. quia vnitates sunt indiuisibiles. Quarto sic. Omnis quantitas est mensura substantie. sed oratio nō est mensura substantie sed est mensura vocis. ergo oratio nō est quantitas Quinto sic Vox prolata est continua qꝛ passiones vocis sunt cōtinuitas. melodia. ꝛ dearticulatio sonorum ꝙ mēsura vocis est continua ꝛ per ꝯsequens nō est quantitas discreta ꝛc.

☞ Ad ꝑmum dicit̄ ꝙ si capiatur multitudo vel multum relatiue. vt opponitur pauco sic est in genere relatōnis. sed si capiatur absolute vt opponitur vni sicut multitudo opponitur vnitati sic multitudo est in genere quantitatis. Ad scꝺm dicit̄ ꝙ licet numerus nō habꝫ vnum subiectū simpliciter. tamen habet subiectum vnum vnitate aggregationis. Et hoc sufficit ad vnitatem indiuiduatōnis alicuius numeri. quia sicut non est vnus nisi vnitate aggregatōis ita etiam sufficit ad vnitatē indiuidualem alicuius numeri ꝙ habeat vnum subiectum vnitate aggregatōnis ꝛ

realiter est multitudo. Ad tertium dicit q licet cōpositum ex indiuisibilibus sub forma continuatōnis sit indiuisibile. tamen compositum ex indiuisibilibus sub forma discretōnis z aggregatōnis solum indiuisibile nō debet esse. Ideo licz numerus sit diuisibilis tamē bene hoc modo pōt cōponi ex vnitatib9 indiuisibilib9 q̄ remanēt ad inuicem distincte. Ad quartū dicit q licz orō nō mēsurat verā substātiā p se pmo. tn̄ mensurat aliqd qđ hz modū substantie respectu ipius scz ipam vocem plātam q̄ ē subiectum eius Ad quintum dr. q licz i voce sit cōtinuitas z melodia quantū ad eius sonū tn̄ ibi est discōtinuitas quātū ad figuratōem z formatōez sonoꝝ litteraꝝ z syllabaꝝ z mēsura hui9 plātōnis dicit formal'r oratio. Ideo z discreta quantitas.

Quantitatis cōtinue. alia linea. alia superficies. alia corpus. alia tempus. alia locus. Unde quinqz sunt species eius. q autem linea sit quantitas continua patet. qz partes eius copulantur ad aliquem terminum communem puta ad punctum. et partes superficiei ad lineam. et partes corporis ad superficiem.

Postq̄ autor determinauit de q̄titate discreta Hic pn̄r determiāt quātitate ꝯtinua. que est cuius ꝑtes copulātur ad aliquem terminuz cōmunem. Ipam pmo sic diuidens per qnqz species que sunt linea. supficies. corpus. locus. z tempus. Quarū sic habetur sufficiētia. Omnis quātitas ꝯtinua mensurat substātiam ꝑm aliquam extēsionez. vel ergo ꝑm extēsionem duratōnis z sic ē tempus. vel ꝑm extēsionē magnitudinis z hoc est dupl'r. vel mensurat extrinsece. z sic ē locus. vel intrinsece z hoc ē dupl'r vel ꝑm vnam dimēsionem z sic est linea. vel ꝑm plures dimensiones z hoc est dupliciter. vel ꝑm duas z sic est supficies que mensurat ꝑm longitudinem z latitudinem. vel ꝑm tres z sic est corpus quod mēsurat ꝑm tres dimensiones scz longitudinem latitudinem z profunditatem. Et quia ille tres species scz linea supficies corpus mēsurant intrinsece alie vero extrinsece. Ieo de ipis prius dicendū est q̄ de alijs. ¶ Sciendum est pmo. q linea est lōgitudo sine latitudine z profunditate cuius extrema sunt duo puncta. Cuius ratio est. quia linea intelligit causari ex fluxu puncti in longum. Ideo linea a fluxu puncti habet longitudinem sed punctus non debet intelligi fluere nec in latum nec in profundum. Ideo linea est sine latitudine z profunditate quod debet intelligi sine latitudine z profunditate ipsius linee z nō superficiei vel corporis. quia nō potest esse linea quin sit in corpore. Ideo nō potest esse sine latitudine z profunditate corporuz quia fluxus puncti semper a puncto incipitur z terminatur in punctum. Ideo extremitates linee sunt duo puncta. z per hoc patz q in linea punctus est materiale eius habet enim modum materie in hoc q substat suo fluxui. Et fluxus eius elt forma substantialis linee quia ipam formal'r constituit per hoc patz etiam ratio q linea est diuisibilis solum ꝑm longi

tudinem q2 ipa nō hab3 diuisibilitatē a pūcto. cū sit indiuisibilis. z flux9 eius puncti solū vnā dimensionē causat sc3 longitudinē. ¶ Sciendū secūdo q̄ supficies est longitudo cū latitudine sine ꝓfunditate cuius extremitates sunt due linee. Cui9 rō ē. q2 supficies imaginarie causat̄ ex fluxu linee in latū. Et ideo supficies habet longitudinē a linea z a fluxu linee in latum habet latitudinē. Et q2 linea nō potest intelligi fluere in ꝓfundum Ideo supficies est sine ꝓfunditate z q2 fluxus incipit a linea z in lineā terminatur. Ideo supficies que a tali fluxu causat̄ hab3 extremitates q̄ sunt due linee. ¶ Sciendū tertio q̄ corpus est longitudo cū latitudine z ꝓfunditate cuius extrema sunt due supficies. Cuius rō est. q2 corpus imaginarie causat̄ ex fluxu supficiei in profundū. Et ideo a supficie h3 longitudinem z latitudinē z a fluxu supficiei h3 ꝓfunditatē. Et q2 ille flux9 ab vna supficie incipit z ad aliā terminat̄ Ideo extremitates corpis sunt due supficies z p hoc pt3 q̄ supficies hab3 duas dimensiones. z corpus tres. sc3 longitudinē latitudinē z ꝓfunditatē Et. q2 in toto sunt nisi tres dimēsiones sc3 longitudo latitudo z ꝓfunditas. Ideo corpus h3 oēm dimensionem z est vndiq3 diuisibile. ¶ Sciendū quarto q̄ sicut in linea pūctus est pncipium materiale linee z fluxus puncti est pncipium formale. z sic etiā in supficie linea se habet vt pncipium materiale z fluxus linee vt pncipium formale sic etiā in corpe supficies se h3 vt materiale pncipiū. fluxus vero supficiei se h3 vt pncipium formale. Et de qualibet hax̄ specierum ꝓbat̄. Primo q̄ sit quātitas q2 qlibet quātitas est mensura substātie. Et q̄ sit ꝯtinua ꝓbat̄. q2 quātitas ꝯtinua est cuius ptes copulātur ad aliquē terminū cōem q̄ est pncipium vnius ptis z finis alteri9 sed cuiuslibet istarū specie4 ptes copulant̄ ad vnū terminū3 cōem sicut ptes linee copulant̄ ad punctū q̄ est pncipium vnius ptis linee z finis alterius q2 vbicūq3 cadit diuisio linee cadit supra punctū Partes supficiei copulant̄ ad lineam. q2 vbicūq3 diuidat̄ supficies erit p lineā q̄ termināt ambas ptes eius z ptes corpis terminant̄ ad supficiē corpis. q2 corpus p supficiem habet diuidi. Et hic capit̄ terminus cōis vt est cōis in terminādo z nō in pdicando. z sic pt3 declaratio ista4 specie4. ¶ Cōtra pdicta arguitur pmo sic. Una spēs opposita alteri nō est de ꝯstitutōne alterius nec intelligit̄ nec includit̄ in alia. sed linea in supficie includit̄ z in corpore. ergo nō est distincta ab ipis Scdo sic. Perfectū z imperfectū nō variāt spēm. s3 linea z supficies se habent ad corpus sicut pfectū z impfectū. ergo nō distinguunt̄ spē a corpore. z sic nō sunt quinq3 spēs quātitatis ꝯtinue. Tertio sic. Corpus est spēs substātie. ergo nō est quātitatis spēs Quarto sic. Illud qd copulat ptes linee ad inuicē se h3 p modū forme respectu linee. q2 copulare z terminare sunt actus ipius forme. s3 punctus nō est pncipiū formale ipsius linee s3 materiale. Ideo ptes linee non copulant̄ ad punctū Quinto sic. Omnis terminus est indiuisibilis. q2 si esset diuisibilis posset diuidi. z sic vna ps terminaret aliā z sic nō termināret̄ nisi gratia ptis. s3 supficies nō est indiuisibilis. ergo nō est termin9 cōis ad quē ptes corpis copulant̄. ☞ Ad pmū dr q̄ l3 linea inducatur materialr̄ in supficie z in corpe nō tn̄ includit̄ formalr̄ tanq3 ptinens vel se tenens ex pte forme corpis vel supficiei. Un̄ nō est incōueniēs q̄ spē4

distinctarum formaliter quod vna concurrat materialiter et virtualiter ad constitutionem alterius sicut binarius est materialiter de constitutione ternarij. Ad secundum dicitur quod licet perfectum et imperfectum secundum esse tantum non variant speciem. tamen perfectum et imperfectum secundum essentiam bene variant speciem modo superficies et linea secundum perfectionem essentialem distinguuntur a corpore. ideo ab ipso corpore differunt. Ad tertium dicitur quod licet corpus acceptum secundum potentiam pro subiecto trine dimensionis sit species substantie. tamen corpus captum pro actuali dimensione vt capitur hic non est substantia sed quantitas. Ad quartum dicitur quod si consideretur punctus vt est continuans et copulans partes linee inter se. sic habet modum forme respectu linee. et hoc modo solum est punctus in potentia et non in actu. Sed si consideretur vt suo fluxu causat lineam sic est principium materiale respectu linee. Ad quintum et vltimum dicitur quod licet superficies sit diuisibilis secundum longitudinem et latitudinem suam est tamen indiuisibilis secundum profunditatem et respectu profunditatis est terminus corporis. Ideo eo modo quo est terminus est indiuisibilis etc.

Partes autem temporis ad nunc. vt preteritum et futurum ad presens. Partes autem loci ad eundem terminum copulantur ad quem corporis particule.

Postquam autor determinauit de linea superficie et corpore que mensurant substantiam intrinsece. hic consequenter determinat ipse de alijs quantitatibus continuis que mensurant substantiam extrinsece. scilicet de loco et tempore. et inde sumitur ratio huius ordinis. Potest etiam sumi alia ratio quia licet capiendo quantitatem sub ratione mensure vt consideratur a logico et mathematico tempus et locus sunt species quantitatis per se distincte ab alijs tamen si consideretur quantitas quantum ad suam diuisibilitatem et sub ratione entis. vt in metaphysica consideratur tunc locus et tempus non sunt species quantitatis per se distincte ab alijs. Hoc enim modo locus non distinguitur a superficie. Tempus etiam habet esse diuisibile solum a motu. Ideo in quinto metaphysice inter quantitates per se non enumerantur locus et tempus. Ideo iste due species imperfectius habent rationem quantitatis. Ideo post alias conuenienter numerantur. ¶ Sciendum primo quod tempus tripliciter potest capi. Uno modo pro quacunque mensura durationis. siue distinguatur realiter a mensurato siue non. Et hoc modo tempus sub se continet eternitatem que est mensura rei carentis principio et fine scilicet prime cause. Et euiternitatem que est mensura rei habentis principium et carentis fine vt sunt angeli et tempus proprie dictum quod est mensura rei habentis principium et finem vt sunt omnia corruptibilia. Secundo modo capitur tempus minus generaliter pro mensura durationis que est realiter distincta a mensurato et sic solum continet euiternitatem et tempus proprie dictum et non eternitatem cum ipsa non distinguatur realiter ab eterno. Cum in deum nullum cadat accidens. sed omnia sunt sibi essentialia Tertio modo capitur proprie solum pro mensura durationis rei corruptibilis et specialiter motus. Et hoc modo diffinitur tempus. Tempus est numerus motus secundum prius et posterius. et sic in proposito sumitur tempus et etiam prout accipitur secundo modo. scilicet pro mensura durationis que est quantitas distincta a mensurato. ¶ Sciendum secundo. quod motus et etiam duratio rerum productarum

habēt mensurari p aliquā quātitatē z certificari quo ad nos eo q alique res dicunt equalis duratōnis z alie inequalis. Equale em̄ z inequale accipiuntur ꝑm quātitatem sed motus z talis duratio nō mēsurantur per aliam speciem quātitatis q̄ʒ per tempus vt ꝓbatur inductiue in omnibꝫ alijs speciebus. ergo habēt mensurari p tempus. z sic tempus est quantitas. Sed qꝛ mensura rei ꝯtinue debet esse ꝯtinua. quia debet esse proportio mensure ad mēsuratum. sed motus est ꝯtinuus z etiam duratio eē rei Igitur tempus est quātitas ꝯtinua Sed aliter sic ꝓbatur in textu quia partes temporis ad vnum terminū cōmunem copulantur vt p̄teritum z futuꝝ copulanť ad nunc p̄sens qđ est finis p̄teriti z p̄ncipiū futuri. ḡ tempus est quātitas ꝯtinua. Vn̄ sicut in linea punctus est tota substātia linee. z fluxu suo causat lineā z copulat ptes eius. Ita etiam in tēpore nūc est tota substātia vel essentia temp̄is. Et fluxu suo de priori in posterius causat tempus z copulat ptes eiꝰ ad inuicē sʒ ad videndū de loco ¶ Sciēdū tertio. q locus accipiť tripl'r. Uno modo physice pro sup̄ficie corporis ꝯtinentis scđm q in eo est virtus generatiua z ꝯseruatiua locati infusa a corporibꝫ celestibus. Et hoc modo sic diffinitur. Est sup̄ficies corporis ꝯtinentis immobilis p̄mum zc̄. Alio modo mathematice vel logice solum ꝓ sup̄ficie corporis ꝯtinētis sine ista virtute generatiua locati z cōseruatiua que est quedam quātitas in p̄dicamento quātitatis z hoc modo capitur hic z diffinitur sic. Est sup̄ficies corporis ꝯtinētis mensuratiua locati sicut sup̄ficies aeris circūdātis lapidem dicit locus lapidis q̄ sup̄ficies potest ꝯsiderari dupliciter. Uno mō respectu corp̄is ꝯtinentis in quo ē subiectiue z qđ mēsurat intrinsece ꝑm duas dimēsiones tm̄. Et dꝛ sup̄ficies. Alio mō respectu corp̄is ꝯtenti quod mēsurat extrinsece ꝑm tres dimēsiones. z sic dꝛ locus. ¶ Sciendū quarto q sicut p longitudinem latitudinē z ꝓfunditatē mensurať locatū intrinsece sic etiā mēsurať extrinsece ꝑm tres dimēsiones loci in quo suscipiť. vt vinū extrinsece mensurať ꝑm longitudinē latitudinē z ꝓfunditatē sup̄ficiei vasis ꝯcaui i quo suscipiť. Et p hoc habeť q locus est quātitas q̄ est mensura substātie et q sit ꝯtinua ptʒ qꝛ ptes eius copulanť ad eundeʒ terminū cōem ad quem ptes corp̄is locati copulanť qꝛ sicut ptes corp̄is locati copulanť oēs ad centrum eius sic etiam omnes p̄ticule loci. qꝛ est idem centrum locati intrinsecum z extrinsecū loci z sunt equales dyametri ꝓtense a sup̄ficie que est locus aut a sup̄ficie locati vsqʒ ad centrum eius. z dyametri loci z locati ad idem centrum copulanť z ille dyametri dicunť ptes loci nō essentiales eius. quia ille partes in superficie eius sunt sed dicunť ptes ꝯtinentie loci z etiam licet ptes corporis inquātum est corpus copulantur ad sup̄ficiem. tamen ptes vt est locatum copulanť ad centrum. Et etiam ptes loci. ¶ Cōtra p̄dicta arguitur p̄mo sic. Motus localis p̄mi mobilis in quo est tempus subiectiue p prius est continuus q̄ʒ sit tempus qꝛ dat ipi ꝯtinuitatem z tamē ille motus nō est species quātitatis. ergo a maiori tempus nō est species quātitatis. Secundo sic. omne illud cuius partes copulantur ad eundem terminū cōmunem habʒ plures ptes simul. sed temp̄is nō possunt esse plures ptes simul. ergo ptes eius nō copulanť ad eundem terminū cōmunem z sic nō est quantitas continua. Ter-

tio sic. Numerus nõ est quãtitas ꝯtinua sed discreta sed tempus est numerus motus. ergo nõ est quãtitas ꝯtinua. Quarto sic. Supficies ⁊ locus idem dicunt essentialiter seu realiter. Igitur nõ sunt species distincte. ergo locus male ponit᷑ alia species a supficie. Quinto sic. Omne qđ mensurat ſm tres dimẽsiones ⁊ includit ipas est corpus sed locus habꝫ longitudinem latitudinem ⁊ ꝓfunditatem ⁊ mẽsurat ſm ipas. ergo locꝰ nõ est species distincta a corpore. ☞ Ad pͥmum dicit᷑ ꝙ licꝫ motus localis ſm esse sit ꝯtinuus nõ tamẽ ſm essentiam eius que est vbi. Et quia res ponitur in genere ſm essentiam suam. Ideo motus nõ est quantitas sed tempus est ꝯtinuum ſm esse ⁊ essentiã simul. licet effectiue capiat continuitatem a motu. Ideo magis ponit᷑ in genere quãtitatis ꝙ̃ motus

Ad scđm dicit᷑ ꝙ licet plures ꝑtes tꝑis nõ pñt esse siľ in ꝑmanẽtia. tñ pñt esse plures in successione ⁊ in fieri quod sufficit ad hoc ꝙ copulent᷑ ad vnum terminũ cõmunẽ. Ad tertium dicit᷑ ꝙ licet tempus sit numerꝰ materialis ⁊ numerus numeratus nõ tñ est numerus formalis. Ideo nõ est quãtitas discreta. Ad quartũ dꝫ ꝙ si locus ⁊ supficies ꝯsiderentur materiaľr quantũ ad id qđ sunt dicant idẽ esse materiaľr si tñ ꝯsiderẽtur formaľr quantum ad suos modos mensurãdi sic spẽ distinguuntur ⁊ nõ sunt idem quia superficies mensurat intrinsece ⁊ ſm duas dimensiones tantum. Ad quintum dꝫ. ꝙ licꝫ locus habeat tres dimẽsiones ſm cõtinentiam eius. tamẽ ſm essentiam habet duas tantum. scꝫ longitudinẽ et latitudinẽ ⁊ solũ illud est corpus quod ſm essentiã hꝫ tres dimẽsiones.

Prima cõmunitas est. Quãtitati nihil est contrarium. vt bicubito. tricubito. vel supficiei nihil est contrarium. quia cõtrarietas primo inest qualitatibus nõ omnibus sed qbusdã quantitas nõ est qualitas quare sequitur ꝙ contrarietas non est in quantitate. Item quãtitas nõ suscipit magis neqꝫ minus Non enĩ vna linea est magis linea ꝙ̃ alia. nec numerus ternarius est magis numerus ꝙ̃ binarius. ⁊ sic de alijs. Itẽ proprium est quantitati ſm eam equale vel inequale dici. vt vnus numerus ẽ equalis vel inequalis alteri numero. ⁊ vnũ corpus est equale vel inequale alteri corpori. ⁊ vna linea est equalis vel inequalis alteri linee.

Postqꝫ autor superius determinauit de quãtitate ſm se ⁊ quãtũ ad suas species. Hic ꝯsequenter determinat de ipa quãtum ad suas ꝓprietates que fluunt ab ipa considerata per inclinatõnem ad materiaꝫ ⁊ ad sua inferiora enumerans tres ꝓprietates eius. quaꝝ pͥma est. Quantitati nihil est ꝯtrarium. Cuius ratio est. quia illud nõ habet ꝯtrarium quod in

materia p̄cedit omnem ꝯtrarietatem. Sed quantitas in materia siue in substantia materiali precedit omnia ꝯtraria. ergo quantitas nõ habꝫ cõtrarium. Minor patꝫ quia ꝯraria recipiuntur in materia ꝑ motum ⁊ mutatõnem. quia ab eodem subiecto mutuo se expellunt sed substantia non subijcitur motui nisi per quãtitatem. quia omne quod mouetur oportet esse diuisibile ⁊ ꝯtensum. sed substantia nõ est diuisibilis nisi per quantitatem. ergo per eam subijcitur motui. Hanc etiaꝫ ꝓprietatem probat phs inductiue in textu declarando ipam in diuersis speciebus quantitatis exemplariter. ¶ Sciendum est p̄mo ꝙ quantitas consideratur dupliciter. Uno modo ƒm simplicem essentiam eius vel sub ratõne mensure. vt consideratur a mathematico vel logico. ⁊ sic in quantitate non est motus vel ꝯtrarietas perfecta nec imꝑfecta nisi capiatur ꝯtrarietas pro repugnantia duarum differentiaꝝ vnum genus ꝯdiuidentium. Alio modo ꝯsideratur vt est terminus rei naturalis prout dicitur in scđo de anima ꝙ omnibus viuentibꝫ positus est certus terminꝰ augmenti vel decrementi ab anima. Et sic in ea repitur ꝯtrarietas accepta general'r ꝓ q̄cũq; repugnãtia ꝑfecti ⁊ imꝑfecti ⁊ isto modo ꝯsideratur in naturalibus ⁊ nõ in logica et hoc modo in ea est motus ad quem sufficit talis ꝯtrarietas ƒm ꝑfectũ et imꝑfectũ. q2 nõ semꝑ oportet motum esse inter illa que ꝯtrariantur ƒm suas formas. vt patet de motu qui fit de minus albo ad magis album. Et per hoc patꝫ ꝙ nõ habere ꝯtrarium vt capitur contrarium pro ꝯtrario ꝑfecto ꝯuenit omni quãtitati sed nõ soli q2 ꝯuenit substantie. ideo est sibi ꝓpria scđo mõ ¶ Sciendũ scđo ꝙ quãtitatis scđa ꝓprietas est ꝙ quãtitas nõ suscipit magis ⁊ minus. Cuius ratio est q2 recipe magis ⁊ minus est aliquid ꝑfici in suo proprio esse specifico. sed quantitas nõ potest magis ⁊ minus ꝑfici in suo proprio esse specifico. q2 esse eius in indiuisibili ꝯsistit vt patꝫ in numeris. quia in ipis addita vel subtracta vnitate de necessitate variatur species numeri. Ideo in ipis ꝓprium esse speciei non potest variari ƒm magis ꝑfectum ⁊ minus ꝑfectum. Simil'r patꝫ de quãtitate ꝯtinua q2 in ipa remota vel addita aliqua parte quanti. quantũcũq; pua sit variatur species quãtitatis ꝯsiderate sub ratõe mensure. quia ex hoc oritur inequalitas mensure. ergo diuerse species quantitatis. ideo quantitas nõ potest magis vel minus ꝑfici remanente eadem spẽ. ¶ Sciendũ tertio ꝙ maius ⁊ minus ⁊ magis ⁊ minus ab inuicem differunt. q2 maius ⁊ minus attenduntᷣ ƒm maiorem ⁊ minorẽ additõem ꝑtium quãtitatis ⁊ acquiruntᷣ ꝑ augmentatõem ⁊ diminutõnem. Sed magis ⁊ minus dicunt intentõem ⁊ remissionem forme ƒm ꝙ est in subiecto. id ẽ maiorem vel minorem ꝑfectõnem forme. ⁊ fiunt ƒm additõnem vel remotõnem forme in subiecto. Et ideo licꝫ quantitas suscipiat maius ⁊ minus extensiue per augmentatõnem vel diminutõnem. nõ tamen oportet eaꝫ suscipere magis ⁊ minus intensiue. Et hec proprietas est sibi propria scđo modo. quia ꝯuenit omni sed nõ soli. ¶ Sciendũ quarto ꝙ tertia ꝓprietas quantitatis est ꝙ proprium est quantitati ƒm eam equale vl' inequale dici vt ƒm duas longitudines duo corpora dicuntur equalia vel inequalia ⁊ ƒm duos numeros due res numerate dicuntur equales vl' inequales. Cuiꝰ ratio est. q2 equalia sunt q̄ sibi inuicẽ supposita nõ excedũt

neqȝ excedunť.ꝛ inequalia quoꝝ vnū excedit aliud.ſȝ exceſſus ſumiť ex ꝑ/
te mēſure.ꝛ mēſura ſumiť ex.ꝑte ꝗtitatis ꝛ ſolū ſm ipam.ergo omni ꝗti
tati ꝯuenit ꝛ ſoli.ſm eam equale vel inequale dici. Item equalitas eſt re
rum differentiū eadē ꝗntitas in ſpecie.ꝛ inequalitas eſt reꝝ differentium
diuerſa ꝗtitas.Ideo equalia ſunt res diuerſe eiuſdē ꝗtitatis in ſpē.Iō
ſolū ſm ꝗtitatē dꝛ equale vel inequale.ꝛ illa ꝓꝛietas eſt ipi ꝗtitati ꝓpa
quarto modo ☞ Cōtra pdicta arguiť pꝛimo ſic.Omnis motus eſt
de ꝯtrario in ꝯtrariū ſed in ꝗtitate eſt motus.ſ.augmētatio ꝛ diminutio
ergo in ꝗtitate eſt ꝯtrarietas.ꝛ ſic habet ꝯtrarium Scđo ſic.Locꝰ ſur
ſus ꝛ locus deoꝛſum ꝯtrariant.ꝛ tamē ſunt ꝗtitates.ergo ꝗtitati aliqđ
eſt ꝯtrariū. Tertio ſic.ꝗtitas magis ꝛ minus ꝑficiť ſm eſſe ꝗtitatis.
qꝛ habet ꝑfectius eſſe in quaternario ꝗ̄ in binario.ergo ipa ſuſcipit magꝭ
et minus Quarto ſic.ſm equalitatem aliqđ dꝛ equale vel inequale ſm
inequalitatē.tñ equalitas ꝛ inequalitas ſunt relatōes.ergo nō ꝯuenit ſoli
ꝗtitati ſm eā equale vel inequale dici. Quinto ſic. ſm ꝟtutē duo ho/
mines ꝗ̄ pñt poꝛtare equale pondus dicūtur equales.ꝛ tñ virtus non eſt
ꝗtitas.ergo non eſt ꝓpꝛiū ꝗtitati ſm eā equale vel inequale dici

☞ Ad pꝛimū dꝛ.ꝙ licet in ꝗtitate ꝯſiderata ſm eſſe phyſicū ſit motus
et ꝯtrarietas imꝑfecta.Tamē in ꝗtitate ꝯſiderata ſub rōne mēſure non
eſt motus neqȝ etiam contrarietas.ꝛ ſolū iſto modo ꝯſiderať in logica
Ad ſcđm dꝛ ꝙ ſi locus ſurſuȝ ꝛ locus deoꝛſuȝ ꝯſiderenť ſm ſuas eēntias
vel rōne mēſure non ꝯtrarianť. ſȝ ſi ꝯſiderenť ꝗtum ad ſuas qualitates
et influentias que ſunt in illis locis diuerſis bene ꝯtrarianť. ſȝ illo mō nō
ſunt in genere ꝗtitatis.qꝛ hoc mō non dicunt ſimplices foꝛmas de pdica
mento ꝗtitatis.ſed impoꝛtāt ꝗtitatē ſub qualitatibꝫ Ad tertiū dꝛ ꝙ
licet ꝗtitas poſſet magis et minus ꝑfici in ſuo eſſe diuerſaꝝ ſpēꝝ. eo ꝙ
vna ſpēs eſt ꝑfectioꝛ alia.tñ non pt magis ꝛ minus ꝑfici in pꝛopꝛio eē vni
us ſpeciei.qđ tñ reqꝛiť ad ſuſceptōem magis et minus Ad quartū dꝛ.
ꝙ licet ſm equalitatē aliquid dicať equale foꝛmaliter. non tñ effectiue.ſȝ
hoc ſolū ꝯuenit ꝗtitati.Unde in illa ꝓꝛietate hec ꝓpoſitio ſm dicit circū
ſtantiā cauſe efficientis ꝓpinque ꝛ non cauſe foꝛmalis. Ad quintū dꝛ.
ꝙ licet alique dicanť equales vel inequales ſm virtutē.hoc tñ non eſt pro
pꝛie ſȝ ſilr̄itudinarie ꝛ m̄.imo magis deberēt dici ſiles vel diſſiles ſm ſuā vir
tutē.ſed ſm ꝙ illa ꝟtus ꝯſiderať ꝑ reſpectū ad obiectū habet modū ꝗti/
tatis et menſure.Ideo ſimilitudinarie aliqui dicunť equales ſm ꝟtutem
eo modo quo ipſa eſt quantitas ſm quādā ſilr̄itudinē ꝛc.

Ad aliquid vero talia dicunť quecunqȝ hoc ipſuȝ qđ
ſunt alioꝝ dicūť vl' quomodolibet aliter ad aliud. vt
duplum dimidij duplū.et dimidiū dupli dimidiū.pater filij
pater.filius patris filius .et maius minoꝛe maius.et minus
maioꝛe minus vel ſub habitudine alterius caſus vt ſimilis ſi
mili ſimilis. vicinus vicino vicinus Relatiuoꝝ tres ſunt

species. Quedam dicuntur ꝺm equiparantiam. vt quecunq; eodem noīe dicūtur. vt similis simili similis. vicinus vicino vicinus. equalis equali equalis Alia ꝺm suppositionē dicunt. vt duplū triplum. q2 ista supraponūtur alijs. sicut dominus seruo supraponit. Alia vero ꝺm suppositōez. vt seruus dn̄o supponit. z fili9 pr̄i z. dimidiū duplo. z sic de alijs.

¶ Postq̄ auctor determinauit de scd̄o p̄dicamēto. s. de q̄ntitate Nic cōsequēter determīat de tertio sez relatione. Cuius ordinis rō est. q2 oē accidens respectiuū cognosci habet p accn̄s absolutum in quo fundat. z per hoc inest substātie. Sed relatio est accn̄s respectiuū z fundat in q̄ntitate Et q2 plures relatōnes fundant in q̄ntitate. q̄ in quocūq; alioꝝ p̄dicamentoꝝ. q2 in ea fundant generaliter oēs ꝓportōes nūeroꝝ vt duplū dimidiū triplum quadruplum zc. Et oēs ꝓportōes quātitatū ꝯtinuarum et ideo relatio maxime h3 cognosci p q̄ntitatez. Et licet ordine nature q̄litas deberet p̄cedere relatōnes cum qualitas sit accn̄s absolutū. z relatio sit accn̄s respectiuum tn̄ ordine doctrine relatio cōueniēter ponit post q̄ntitatē z an̄ qualitatē ꝓpter cām iam dictā. ☞ Sciēdū primo. q p̄dicamēta accn̄tiū distinguunt ꝺm diuersos modos p̄dicandi de p̄ma substantia. et q2 ad aliq̄d h3 vnū sp̄ealem modū denoīandi p̄mā substantiā quā denoīat in hoc q̄d est ad aliud se habere. s. ꝺm mutuā dependētiam vnius ad alterū. Jō ꝯueniēter ponit vnū predicamētum ab alijs distinctum. z cōuenientius noīat p ad aliq̄d q̄ p relatōem vel relatīn Cui9 rō est. q2 relatio dicit essentiā relatōnis ꝺm se sine respectu ad terminū eius. vel ad suū subiectū. cum sit nomē abstractū. Ideo ꝺcat eam vt ꝯceptam tm̄. z nō ꝺm suū esse. Relatiuū vero importat eēntiam relatōis p respectum ad suū subiectū materiale cū potentia referibilitatis. z nō ip̄ortat terminū illius depēdentie. sed ad aliquid. importat illam essentiā q̄tū ad dependentiā eius p hoc q̄d d2 ad. hec em̄ ꝓpō ad. dicit depēdentiam ad aliquem terminū. et cū hoc importat terminū illius dependentie p hoc q d2 aliquid. z q2 illa duo ꝯueniūt formaliter nature huius p̄dicamenti. s. dependētia et terminus depēdentie. Jdeo natura huius p̄dicamenti meli9 notificat q̄tum ad suū esse formale noīe ad aliq̄d q̄ per relatīn q̄d d2 illā essentiā p respectum ad suū subiectū materiale. vel per relatōem q̄ d2 illā essentiā vt ꝯcepta tm̄. Unde res h3 noīari eo mō quo facili9 z pfecti9 notificat. quare hoc p̄dicamentū ꝯueniēter a platone p̄mo noīatu3 est noīe ad aliquid quod sic diffinitur. Ad aliquid talia dicuntur quecunq; hoc ip̄m q̄d sunt alioꝝ dicunt vel q̄ūolibet aliter ad aliud ¶ Sciendum q secundo q duplicia sunt relatiua. Quedam sunt relatiua ꝺm esse. que solū habent esse huius generis. Alia sunt relatiua ꝺm dici. que habēt esse alterius generis a relatione. z vltra hoc habent respectum accidentalem ad ad aliud per quod dicunt relatiua ꝺm dici. vt scientia que habet esse abso-

lutum de genere qualitatis ꝛ vltra hoc importat respectum ad scibile.
Et ꝓpter relatiua ſm esse ponit̃ pma pars huius diffinitonis quecunqꝫ hoc ipm quod sunt alioꝝ dicunt̃ quoꝝ totum esse ꝑfectũ est respectiuum Et ꝓpter relatiua ſm dici ponit̃ scda pars scꝫ quolibet aliter ad aliud.i.aliq̃ mõ ad aliud referunt̃. Et in hac diffinitõe ponit̃ dicunt̃ et non sunt.qꝛ ꝯsiderant̃ relatiua non inq̃tum entia sunt.sꝫ inquãtum dicibilia sic ꝛ ponitur talia ꝛ non hec vel illa.ad denotandũ ꝙ relatiua sp fundant̃ in aliq̃ accñte absoluto ꝑ qd substãtie ꝯueniũt Tale em̃ relatiuum est denoĩatiuum accñtis absoluti. Et ꝑ hoc ptꝫ ꝙ si capiatur ad aliquid general'r. vt ꝯprehendit relatiua tam ſm esse q̃ȝ ſm dici hec diffintio est ꝯuertibilis cum diffinito. Sed si capiat̃ spẽaliter pro relatiuis ſm esse que tm̃ ponuntur in isto ꝑdicamẽto.sic non est ꝯuertibilis cũ ipo ad aliquid. Ideo pmo modo debet hic capi ad aliquid. vt ẽ vnũ analogũ ad relatiua ꝛ nõ vt est genus generalissimum eoꝝ que sunt in genere relatõnis

¶ Sciendum tertio ꝙ relatm̃ diuidit̃ in tres species.quia quedã sunt relatiua equiparantie.quedã suppõnis.quedam suppositõis. Quoꝝ sic habetur sufficientia.qꝛ oẽ relatm̃ dicit respectũ ad alterũ. Uel ergo dt respectum rerũ equaliũ. et sic est relatiuum equiparantie.vel inequalium.et hoc est dupl'r.vel dicit respectũ excedentis siue maioris ad minus.ꝛ sic sic relatiua suppoõnis. Uel dicit respectũ excessiue minoris ad maius ꝛ sic sunt relatiua suppositõnis ¶ Sciendũ q̃rto ꝙ relatiua eq̃parantie sunt q̃ eodem nomine nominant̃.et hoc prouenit ex eo ꝙ vtrũqꝫ ipoꝝ importat relatõem eiusdem spẽi que fundat̃ super eandẽ formã in specie. vt vicinꝰ vicini vicinus.similis simili similis. Et relatm̃ superpositionis est quod ſm suum fundamentũ ponitur supra suum correlatiuum vt pater q̃ȝtum ad suum fundamẽtum qd est generatio actiua ponit̃ supra filiũ ꝛ dñs supra seruum. Sed relatiuũ suppositionis est qd ſm suũ fundamentũ ponit̃ sub suo correlatiuo.vt filius q̃ȝtum ad suũ fundamẽtũ quod est generatio passiua ponit̃ sub patre et seruus sub domino ☞ Contra ꝑdicta arguit̃ pmo sic. Partes substantie scientia ꝛ habitus non sunt relatiua.tamẽ aliquo modo referunt̃ ad aliud.ergo illa diffinitio cõuenit alijs a diffinito ¶ Secundo sic. Paternitas est ad aliquid.ꝛ tamẽ non refert̃ aliud.qꝛ non dꝛ paternitas filij paternitas. ergo illa diffinitio non conuenit oĩbꝫ relatiuis Tertio sic. Pater et pater eodem noĩe nominant̃.ꝛ tamen non sunt relatiua equiparãtie sed suppositionis.ergo male dicitur ꝙ relatiua equiparantie sunt que eodẽ noĩe nominant̃. Quarto sic Oẽs species eiusdem generis equaliter sub suo genere cõtinentur ꝛ vna nõ ponitur supꝑ aliam.ergo specieꝝ relationis nulla est suppositio vel supppositio Quinto sic. Eorũ que supra se inuicem ponũtur vnũ predicatur de altero.sed vna spẽs relationis non potest predicari de alia.ergo vna relatio non ponitur supra et alia sub ¶ Ad pmũ dicitur.ꝙ licet partes substantie scientia ꝛ habitus et multa alia non sunt relatiua ſm esse.tamen sunt relatiua ſm dici. pro quo habent quendam respectum ad aliud. vt partes substantie ad suum totum. scientia ad scibile.habitus ad habentem Modo hic diffinitur ad aliquid generaliter pro relatiuis ſm esse et ſm dici.ideo hec diffinitio non conuenit alijs.

Ad secūdū dicit. ꝙ licet paternitas in abstracto non referat actualiter ad aliud. tñ bene refert aptitudinaliter ꝛ actualiter in ꝯcreto Ad tertiū dr. ꝙ licet pater ꝛ pater sunt relatiua respectu suoꝝ correlatiuoꝝ. non tñ inter se. Ideo non sunt relatiua equiparantie. qꝛ non referunt inter se sub eodē noīe Ad quartum dr. ꝙ si ille spēs relationis ꝯsiderent formalit et ſm suas essentias. sic vna non ponit supra aliā. sed si cōsiderent materialiter ꝛ ꝗ̄tum ad sua fundamenta. sic vna est supra aliam. Ad quintū dr. ꝙ licet eoꝝ que ponūtur sub et supra ſm ordinē dicibilis ꝛ subiicibilis vnum predicetur de alio. non tamen in illis que ponūtur sub et supra ſm ordinē cause et effectus siue principii ꝛ principiati. ꝛ hoc modo solum ista relatiua ponūtur supra seinuicem.

Post hec autem sequūtur cōitates relationis. Prima est ꝙ cōtrarietas est in relatione. vt virtus est contraria vicio. cum vtrūqꝫ eorum sit ad aliquid. hoc aūt non conuenit omni relationi. Duplo em̄ nihil est contrarium. neqꝫ triplo. Itē relatiua suscipiūnt magis et minus. vt simile dicit magis et minus simile. et similiter inequale. Sed hoc non cōuenit omnibus relatiuis. Duplum em̄ nō dicitur magis et minus duplum neqꝫ triplum neqꝫ pater.

Postqꝫ autor determinauit superius de relatione ſm se ponēdo diffinitionem ꝛ diuisionē eius per suas spēs. hic ꝯsequēter determinat de ipis ſm ꝓprietates suas. Et inter ipsas primo ponit duas cōitates relatiuoꝝ quarū prima est. Cōtrarietas est in relatione sicut ꝟtus et viciū ꝯtrariantur. ꝛ tñ sunt relatiua ſm dici. licet sint simplr de prima specie qualitatis. Virtus em̄ dr relatiue ad virtuosum. et vicium dr respectu viciosi. Ideo in relatiuis inuenit ꝯtrarietas ¶ Sciēdū est pmo ꝙ duplicia sunt relatiua. vt pus dictū est. scꝫ relatiua ſm esse ꝛ ſm dici Unde in relatiuis ſm esse non repitur ꝯtrarietas. Cuius rō est. qꝛ ꝯtraria sunt forme actiue et passiue q̄ mutuo se expellūt ab eodem subiecto. vt ptꝫ in diffinitione eoꝝ Sed relatiua ſm esse non sunt forme actiue ꝛ passiue. nec sua actione se expellunt ab eodem subiecto. qꝛ forme actiue ꝛ forme passiue sunt forme absolute. Ideo relatiua ſm esse non possunt habere ꝯtrarium ¶ Sciendū secūdo. ꝙ relatiua ſm dici duplr ꝯsiderant. Uno mō formaliter inꝗ̄tuꝫ relatiua sunt. Et ſm respectū quē addūt formis alteriꝰ generis Et isto modo in relatiuis ſm dici adhuc non est ꝯtrarietas. Ratio est. qꝛ relatiua ſm dici non ꝯtrariant respectu eoꝝ ad que referunt sed respectu alioꝝ sicut ꝟtus non ꝯtrariatur virtuoso ad quem refert. nec vicium vicioso. sꝫ virtus et vicium ꝯtrariātur inter se. ergo relatiua ſm dici inꝗ̄tum relatiua sunt non ꝯtrariant. Alio modo ꝯsiderant materialiter ꝛ ex pte suorū fundamētorum. ꝛ illo modo aliqua relatiua ꝯtrariant ſm dici Ratio est

currit. ergo sortes currit. Sed econtra. inductio fit a singularibus ad vniuersale. ¶ Sciendum secundo quod singulare capitur dupliciter. Uno modo pro omni indiuiduo determinato. Alio modo pro quocunque inferiori alicuius superioris. et hoc modo species alicuius possunt dici singularia generis. quia licet non sint singularia simpliciter. sunt tamen singularia in respectu et hoc modo capitur singulare in ista diffinitione. et etiam vniuersale capitur generaliter pro quocunque superiori. et non sufficit quod sit processus ad vniuersale infinite captum quia hic non est proprie inductio. sortes currit. plato currit. ergo homo currit. Sed debet fieri processus ad vniuersale vniuersaliter tentum quod est vniuersale secundum rem et modum simul inferendo ipsum a singularibus sufficienter enumeratis. vt concludendo. ergo omnis homo currit. ¶ Sciendum tertio. quod dupliciter fit inductio primo modo enumerando aliqua singularia tantum et non omnia. vt dicendo sic. sortes currit et plato currit. ergo omnis homo currit. et hoc modo inductio non est necessaria consequentia. quia hoc modo antecedens potest esse verum consequente existente falso. sed est probabilis tantum. Alio modo enumerando omnia singularia simul. et hoc dupliciter. Uno modo enumerando omnia singularia in propria forma cum illa particula et non sunt plura. Alio modo enumerando aliqua in propria forma. et comprehendendo alia simul sub illa clausula. et sic de alijs. Et vtroque illorum modorum inductio est consequentia necessaria. et tamen non est formalis sed materialis tantum. quia tenet gratia habitudinis materialis tantum. scilicet propter habitudinem singularium ad vniuersale eorum propter quam habitudinem presupponitur vna propositio in inductione per se nota que retinetur in mente ex qua cum antecedente inductionis fit syllogismus. reducendo inductionem ad syllogismum. ¶ Sciendum quarto. quod inductio sic reducitur ad syllogismum. quia in omni conclusione inductionis sunt duo termini quorum subiectum fit minor et predicatum maior extremitas in syllogismo et singularia que ponuntur in antecedente in syllogismo accipiuntur pro medio. vt illa inductio. sortes currit. plato currit et sic de alijs. ergo omnis homo currit. reducitur ad syllogismum. Omne quod est sortes vel plato et sic de alijs currit. omnis homo est sortes vel plato et sic de alijs. ergo omnis homo currit. et debent capi illa singularia disiunctiue. et non copulatiue. quia non possunt copulatiue verificari de suo vniuersali. sed disiunctiue tantum ¶ Contra predicta arguitur primo sic. inductio est motus rationis vel intellectus cum sit argumentatio. sed motus intellectus non fit a singularibus. quia intellectus non cognoscit singularia. sed solum vniuersale. quod est obiectum eius. ergo inductio non fit a singularibus ad vniuersale. Secundo sic. In argumentatione probatiua antecedens debet esse notius consequente. sed singularia non sunt notiora vniuersali cum sint infinita. ergo inductio non fit a singularibus ad vniuersale Tertio sic. hec est bona inductio. omnis homo currit. omnis equus currit. et sic de alijs. ergo omne animal currit. et tamen ibi non arguitur a singularibus. ergo contra diffinitionem. Quarto sic hic arguitur a singularibus ad vniuersale. sortes currit. plato currit. et sic de alijs ergo omnis equus currit. et tamen non est bona consequentia. Quinto sic in omni syllogismo sunt tantum tres termini. sed in inductione sunt plures termini quam tres. ergo inductio non reducitur ad syllogismum. ☞ Ad primum dicitur. quod licet intellectus non cognoscat singularia directe. tamen bene cognoscit ea reflexe per hoc quod intellectus reflectitur ad sensum qui singularia cognoscunt. sed cognoscit vniuersalia solum directe

gismus perfectus. ꝛ si medium in antecedēte ponitur cum subiecto ꝯclu-
sionis ibi est minoꝛ p̄missa ꝛ deficit maioꝛ. vt omne risibile est homo. ergo
omne risibile est animal. ꝛ si medium ponatur cum p̄dicato conclusionis
qd̄ est maioꝛ extremitas tunc deficit minoꝛ ꝛ ibi ē maioꝛ p̄missa. vt omne
animal currit. ergo omnis homo currit Et si tale medium subijciatur ma-
iori extremitati ꝛ predicetur de minori. enthimema reducitur ad primam
figuram. ꝛ si p̄dicetur de vtraq̄. fiet reductio ad secundā. ꝛ si subijciatur
in vtraq̄. fiet reductio ad tertiam figuram. ¶ Sciendum est tertio q̄ ex
emplum sic diffinitur. est processus ab vno ꝑticulari ad aliud ꝑticulare
ꝓbandum ꝓpter aliquod simile in ip̄is repertum. vt sortes est risibilis. er-
go plato est risibilis. q2 vterq̄ est homo in quo habent similitudinē. In
qua diffinitōne ꝓcessus ponitur loco generis. deinde ponitur ab vno ꝑti-
culari ad differētiam syllogismi ꝛ enthimemat9. Et ponitur ad aliud ꝑti
culare ad differētiam inductōnis que est ad vniuersale. Et ponitur ꝓpter
aliud simile in ip̄is reꝑtum ad ostendēdum vnde venit ꝓbatio in exēplo.
q2 ip̄a ꝯuenit ꝓpter similitudinē duoꝝ singulariū ad inuicem. q̄a q̄cquid
ꝯuenit vni singulari inquantum est simile alteri etiā ꝯuenit alteri singu-
lari. vt risibile ꝯuenit sorti inquātum est homo ꝛ inquātum est similis pla
toni. ideo etiam risibile ꝯuenit platoni. ¶ Sciendū quarto. q̄ ad reducē
dum exemplū ad syllogismū. opoꝛtꝫ p̄mo per inductōem imꝑfectā ostē-
dere maioꝛem extremitatem que est p̄dicatum ꝯclusionis de illo cōmuni
in quo ꝯueniunt duo singularia. ꝛ ꝑ idem cōmune ostendit in syllogismo
maioꝛ extremitas de alio singulari quod est minoꝛ extremitas. vt arguen
do sic. soꝛtes est risibilis. ergo omnis homo est risibilis. ibi est inductio im
ꝑfecta ꝛ vltra. om̄is homo est risibilis. plato est homo. ergo plato est risi-
bilis. in hoc syllogismo ponitur homo ꝓ medio ꝛ est illud cōmune in quo
assimilatur minoꝛ extremitas ꝛ suum simile scꝫ soꝛtes q̄ ponitur in an̄cedente.
ideo aliter diffinitur exemplū. Est argumētatio que ꝑ simile minoꝛis extre-
mitatis ostendit maioꝛem extremitatē de medio. ꝛ ꝑ medium maioꝛē de
minori extremitate. ꝛ opoꝛtꝫ maioꝛē extremitatē notiori modo conuenire
p̄mo singulari q̄ꝫ medio. ꝛ q̄ notius insit medio q̄ꝫ minori extremitati. ra
tione cuius totus ꝓcessus vocatur exēplaris. Et ꝑ hoc patꝫ quid sit enthi-
mema ꝛ exemplū. Et quo modo reducuntur ad syllogismū. ¶ Cōtra p̄di-
cta arguitur p̄mo sic. enthimema ꝛ syllogism9 opponuntur inter se. ergo enthi
mema nō est syllogism9 Sc̄do sic. In p̄mo posterioꝝ dr̄ q̄ enthimema
ē fere syllogism9. ḡ nō ē imꝑfect9. Tertio sic. hic ē imꝑfect9 syllogism9
oīs asinus currit. ḡ om̄is homo currit. q2 posita ista maioꝛe scꝫ om̄is ho-
mo est asinus erit syllogismus in barbara. Sed tamē nō est bona ꝯsequē
tia. ergo male dicitur q̄ enthimema est bona ꝯsequentia ꝛ reducatur ad syllo-
gismū. Quarto sic. Unū ꝑticulare simile alteri nō est magis notū alte
ro. sed om̄is argumētatio ꝓcedit a magis noto ad minus notum. ergo in
exemplo vnum singulare nō ꝓbatur ꝑ aliud. Quinto sic. Nō sequitur
soꝛtes est risibilis. ergo omnis homo est risibilis. ꝛ tamē ibi arguitur in mo-
do reducendo emexemplum ad syllogismū ostendendo maioꝛē extremita-
tem de medio in quo ꝯueniunt plura singularia. ergo exemplū nō est ar-
gumentatio reducibilis ad syllogismum cum ibi nō sit bona ꝯsequentia

semel. Ex extremitate ergo tantū semel sumpta ꝛ ex medio fiat vna ꝓpositio ꝑm exigentiā modi ꝛ figure. ꝛ sic habet syllogismus. verbi gratia. in hoc enthimemate omē aīal currit. ergo oīs hō currit. hō ꝛ currit sunt due extremitates. ꝛ aīal ē medium. sed illa extremitas scꝫ homo sumpta est tm̄ semel. ex ipa ergo et medio fiet vna ꝓpositio. s. omnis hō est aīal. et tūc ꝑfect⁹ erit syllogismus. sic omē aīal currit. omīs homo est animal. ergo oīs homo currit. Exemplum est. quādo vnum particulare ꝓbatur ꝑ aliud propter aliquod simile repertum in ipis. vt leodienses pugnare cōtra tongerēses malum est. ergo mechelinenses pugnare contra louaniēses malum est. quia vtrobiqꝫ est pugnare affines cōtra affines.

Postqꝫ autor determinauit de syllogismo ꝛ inductōne que sunt ꝑncipales species argumentatōnis. Hic ꝯsequēter determinat de exemplo et enthimemate que sunt reducibiles ad alias. s. exemplū ad inductōnem et enthimema ad syllogismū. ꝛ qꝛ enthimema ꝑfectius est exemplo Ideo ꝑmo determinat de enthimemate ipm̄ ꝑmo sic diffiniens. enthimema ē syllogismus imꝑfectus. In qua diffinitōne ponit syllogismus loco generis. capiendo syllogismū generaliter vt se extendit ad syllogismū ꝑfectuꝫ formaliter in modo ꝛ figura. ꝛ ad ꝑfectum syllogismū virtualiter tantuꝫ et ponitur imꝑfectus ad differētiam perfecti syllogismi formaliter cōpositi ex duab⁹ ꝑmissis. ꝛ ꝯsequenter explicat hanc diffinitōem cum dr̄. Enthimema est oratio in qua nō omnib⁹ ꝑmissis positis sed tantū vna infertur festinata ꝯclusio. id est infert festināter. vt omīs homo currit. ergo sortes currit. posita maiore tantū ꝛ ꝑsupposita minore infert conclusio. Ideo bene est festinata. ¶ Sciendū ꝑmo. ꝙ in enthimemate ponunt due premisse ꝑm intellectū ꝛ ꝑm vocē tantū vna ponit ꝛ alia tacet que retinetur in mente ꝛ inquantū ibi sunt due ꝑmisse ꝑm intellectū dicit syllogism⁹ ꝑfectus ꝛ ea ꝑte qua deficit vna ꝑmissa tantū ꝑm vocē dr̄ imꝑfectus. quia vna ꝓpositio tacetur que retinetur in mente. ꝛ dicit enthimema ab en qḋ est in. ꝛ timos mens. ꝛ monos. id est vnū. quasi tenēs vnā in mente. ꝛ opꝫ illam que retinetur in mente esse necessariā ꝛ ꝓbabilem ꝛ ꝙ ꝑsupponatur tanqꝫ vera. Et ꝓpter hoc diffinit aresto. enthimema qḋ est ex ycotibus et signis. ycos em̄ est ꝓpositio probabilis ꝛ ibi capitur signum pro ꝓpositione necessaria. vt omne animal currit. ergo omīs homo currit. minor ꝑsupponitur. scꝫ omnis homo est animal que est ꝓpositio necessaria. ꝛ est signū ex quo patet ꝙ consequentia enthimematis nō tenet gratia forme arguendi sed gratia materie tantū. qꝛ ibi suppont veritas alicuius ꝑmissarū. ¶ Sciendum secūdo ꝙ enthimema potest reduci ad syllogismum. qꝛ in ipo sunt due extremitates in ꝯclusione. quaꝝ maior extremitas est predicatum. ꝛ minor subiectum. ꝛ ibi ponitur medium quod nō intrat ꝯclusionem. Et ponitur in antecedēte cum altera extremitatum. ꝛ formādo vnā ꝑmissam ex tali medio cum extremitate nō posita in antecedente fit syllo

rentie maxime. Et sciēdū ꝙ tam locus maxima qꝫ locus differentie maxime dicit᷑ locus. qꝛ vtrūqꝫ ꝯfert firmitatē et robur argumētatōi. Unde ꝓportionabiliter sumit᷑ hic loc⁹ ad locū in reb⁹ naturalibus. qꝛ sicut ille seruat res in esse sic similiter hic locus ꝯfirmat argumentum

Postqꝫ autoꝛ determinauit de argumētatōe ⁊ argumento. Hic ꝯsequenter incipit determinare de loco qui diffinit᷑ ꝑ argumētum. Et ꝑ quē locū ꝯfirmat᷑ argumētū ip̄m sic diffiniens. Locus est sedes argumēti vl' id a quo ꝯueniēs elicit᷑ argumētū ad ꝓpositam questionē ꝓbandā Cuius rō est. qꝛ locus est necessaria habitudo terminoꝝ ad inuicē. vel est ꝓpō necessaria q̄ est ꝑ se nota ꝓpter talē habitudinē terminoꝝ inter se. sꝫ in tali habitudine termīoꝝ vel in ꝓpōne ꝑ se nota q̄ fit ex illis terminis ꝯfirmatur mediū ꝓbās ⁊ inferens ꝯclusionē qd̾ mediū dꝛ argumentū. ⁊ etiā elicitur ꝟtus argumēti ad ꝓpositā ꝯclōem probādā ex illa habitudine termīoꝝ vel ex illa ꝓpōne ꝑ se nota. Ideo locus bn̄ dꝛ sedes argumēti vel id a quo ꝯueniens elicit᷑ argumētū. ⁊ ṗma ꝑs ṗncipalis ꝯuenit loco maxime. Secūda vero ṗncipalis ꝯuenit loco drn̄e maxime qꝫuis tn̄ q̄libet pars possꝫ competere cuilibet loco quia in vtroqꝫ ꝯfirmatur argumētum et etiam ex vtroqꝫ potest argui ad quālibet questionem.

☞ Sciendum primo. ꝙ hic non capitur locus proprie pro superficie icorpois ꝯtinentis que est mensura locati sicut capitur in predicamentis sꝫ capit᷑ trāssumptiue ꝓ habitudine termīoꝝ vel ꝓpōe ꝑ se nota q̄ est aliq̄ modo ꝯfirmatiua ⁊ generatiua argumēti sicut locus dꝛ ꝯseruatiuus locati. Dicit᷑ etiā talis locus dialetice sedes non ꝓprie. sꝫ methapho. ⁊ transsumptiue ꝑ si͛litudinē ad sedē realeꝫ. qꝛ sicut in sede reali sedēs ꝯfirmat᷑ et q̇escit. ita argumētū ꝯfirmat᷑ ⁊ q̇escit in loco dialectico. qꝛ cū intellect⁹ dubitat de ꝟtute illatiua ⁊ ꝓbatiua argumēti ⁊ repit habitudinē terminoꝝ vel ꝓpōnuꝫ ꝑ se notarū vbi ꝯfirmat᷑ illa habitudo tūc intellectus q̇escit et nō āplius dubitat de illa ꝟtute ꝓbādi ꝯclusionē ꝑ argumētū ¶ Sciēdū scd̾o. ꝙ locus diuidit᷑ in locū maximā. ⁊ locū drn̄e maxime q̄ sic inter se differūt. qꝛ locus drā maxime dꝛ habitudinē terminoꝝ in qua fundat᷑ argumētum. ⁊ illa h̄itudo terminat ⁊ ꝯfirmat argumētū implicite tm̄ ⁊ imꝑfecte. ⁊ maxima dꝛ ꝓpōem q̄ explicite ⁊ ꝯplete termiat argumentū. vt arguendo. sortes est hō. g͛ sortes est aīal. si probet᷑ ꝑ locū a spē ad genus non termiat᷑ ꝑfecte argumētū. qꝛ adhuc p̄t dubitari qualis est habitudo spēi ad genus. sed cū addit᷑ illa maxima de quocūqꝫ verificat᷑ spēs ⁊ gen⁹ ibi terminat᷑ explicite argumētū. Et ꝑ hoc habet᷑ sufficientia illoꝝ mēbroꝝ qꝛ oīs locus ꝯfirmat argumētuꝫ. vel ergo ꝯfirmat explicite ⁊ sic est locus maxima vel implicite ⁊ sic est locus drā maxime. Ex q̇b⁹ ptꝫ. ꝙ locus drā maxime via generatōis est ṗoꝛ qꝫ locus maxima. ⁊ tn̄ posterioꝛ via ꝑfectionis. ⁊ dꝛ locus maxima ꝑ appōem. ⁊ sic nō est incōgrua locutio. qꝛ maxia tenet᷑ substātiue ⁊ nō adiectiue ¶ Sciendū tertio. ꝙ locus maxima est idē ꝙ ip̄a maxima. ⁊ maxima est ꝓpō q̄ nō est altera ṗoꝛ seu notioꝛ. vt oē totū est maius sua ꝑte. ⁊ rō est. qꝛ in tali ꝓpōe que est ꝑ se nota est oꝛdinata ha

¶ Ad pmū dr. q licet enthimema non sit syllogismus pfectus formaliter in modo z figura. est tñ virtualiter syllogismus pfectus z formaliter impfectus. qz deficit in vna premissa. et qz est perfectus virtualiter. eo q ibi sunt due premisse fm intellectum arguentis. qui tacet vnaz pmissam quam presupponit esse p se notã Ideo dicif fere syllogismus Ad scdm dr. q licet enthimema nõ sit syllogismus pfectus in modo z figura. tñ est pfectus virtualiter licet sit impfectus formalr. inqstum sibi deficit vna premissa tñ virtualiter est pfectus cū ibi sint due pmisse fm intellectū.

Ad tertiū dr. q ista premissa que supponif in enthimemate reqrif q sit vera et hoc non fit in isto argumēto. oīs asinus currit. ergo oīs homo currit Ideo ibi non est enthimema. z licet ibi sit syllogismus ipfectus formaliter. non tñ virtualiter est pfectus. qd requirif ad rõem enthimematis

Ad qrtū dr. q licet fm rem vnū pticulare non sit notius altero fm qd silia sunt. tñ quo ad nos vnū pt esse notius altero z ideo vnū pt probare aliud. Ad qntū dicif. q licet in reducēdo exemplū ad silem in ista reductione impfecta non sit cõsequētia necessaria. tñ est pbabilis. qz probabile est q si maior extremitas pueniat vni singulari eo q id ptinef sub medio q ista maior extremitas etiã illi medio pueniat

Argumentū aūt per locum cõfirmaf. Ideo danda est diffinitio loci. put locus hic sumif. Locus est sedes argumenti vel id a quo ad ppositã questionem cõueniēs trahitur argumentū. Quid aūt sit questio dictū est Et sciendū q ppō questio cõclusio fm substantiã idem sunt. differunt aūt fm rationes diuersas em habent ratiões siue diffinitões vt prius patuit. fm em q dubitabilis est. est questio. put iam vero probata est per argumētum est pclusio. put ponif p alio in pmissis est ppō. qz ppō dicif fm q ē in premissis ad pbandū cõclusionem Enūciatio autē est. fm q fr esse vel non esse. vt sortes currit. sortes nõ currit. Habito de diffinitione loci. sequitur diuisio ipius loci. Locus autem diuiditur in locū maximã. et in locū differētie maxime. Locus maxima idem est quod maxima. Maxima est ppō qua non est altera prior neqz notior. vt omne totum est maius sua parte. Item de quocunqz predicaf species de eodem predicatur genus. Locus differentie maxime est illud quo vna maxima differt ab alia. vt iste maxime. De quocūqz predicatur spēs et genus. et de quocūqz predicaf diffinitio et diffinitum. Differūt p terminos ex quibus cõponunf Vna em componitur ex genere et specie. altera ex diffinitione et diffinito. Unde isti termini simplices dicūtur diffe-

tales significant habitudines rex inter se. vt genus fcat habitudinē superioris ad inferiora z species z ecōuerso.

Item locus differētia maxime diuiditur p locū intrinsecū extrinsecū et mediū. Locus intrinsecus est. qū sumitur argumētuz ab his que sunt de substantia rei vt in diffinitōne. vt si dicat. animal rationale mortale currit. ergo hō currit. Locus extrinsecus est qñ sumitur argumētum ab his que omnino sepata sunt a substantia rei. vt ab oppositis vt si queratur vtrū sortes est albus. et probatur. sortes nō est niger. ergo sortes est albus. Locus medius est. quādo sumit argumētuz ab his que partim cōueniūt cū termīs in qstione positis. z partim differūt ab eis sicut vniuoca z denoīatiua q dicuntur ɔiūgata. vt si querat. vtrū iusticia sit bona. z pbat sic. iustum est bonū. ergo iusticia est bona.

¶ Postq autor determinauit de loco in cōi tam diffinitiue q diuisiue. et posuit diffinitōem loci maxime z dīie maxime. Hic ɔñr subdiuidit locū dñe maxime in intrinsecū extrinsecū z medium. Cuius ratio est. q2 oīs locus dīā maxime importat habitudinē termini inferentis ad terminū illatum. vel ergo ille terminus inferens simplr cōuenit cū termino illato. z sic est locus extrinsecus. vel differt ab eo z hoc dupliciter. vel discōueuit simpliciter. z sic est locus. extrinsecus. vel ptim cōuenit z ptim disconuenit. et sic est locus medius ☞ Sciendū pmo. q locus intrinsecus est qñ sumit argumētū ab his que st de substātia rei. hoc est. qñ terminus inferēs est de essentia vel de esse termini illati. vt posita ista questione. vtx sortes est aial. Et ar. sic. sortes e hō. g sortes ē aial. ibi sumit argumentū ab illo termīo illato. s. aial Et dr loc9 intrinsec9 qñ tmin9 iferēs ē itrīsec9 termio illato vel eɔ. z sic est intrīseca habitudo int illos termios eo q habitudo vni9 termini ad altex nō distinguit realit a termio. cui9 est habitudo nec semp oportet ad talē locū q terminus inferens sit de essentia vel diffinitione termini illati sed sufficit q sit intrinsecus pm aliquē modū essendi.

¶ Sciendū est, scdo. q q locus extrinsecus est qñ sumitur argumentum ab his que sunt sepata a substātia rei qñ terminus inferens est simplr extrinsecus z disconueniens cū termino illato. vt sic arguendo. sortes est albus. ergo sortes nō est niger Iste ē terminus inferens. s. albus est totaliter extrinsecus termino illato scz niger Et propter hanc cām talis locus vocatur extrinsecus. et licet illa habitudo localis in illo loco sit quodāmodo extrinseca termino inferenti. tñ est intrinseca in ordine ad terminū illatuz et est habitudo negatiua tm̄ inter hos terminos.

bitudo terminoꝝ inter se.q̄ cognitis illis statim intellectus appꝛehēdit habitudinē illoꝝ terminoꝝ ꝛ cognoscit ꝓpōnem necessariā que fit ex illis terminis.sed illa nō notificatꝰ ꝑ aliā ꝓpōem q̄ꝫ ꝑ suos termios.ideo nulla est notioꝛ ea. Et vocatꝰ maxima.qꝛ licet sit pua in q̄titate est tñ maxima in ꝟtute ꝛ gradu cirtitudinis.qꝛ pt certificare plures alias ꝓpōes Aliter dꝛ dignitas.qꝛ seipam dignificat vt ab intellectu cognoscatꝰ. Aliter dꝛ cōis animi ꝯceptio.qꝛ ab intellectu multoꝝ faciliter ꝯcipitꝰ.Ideo illaꝫ sic diffinit hic maxima est cōis aī ꝯceptio q̄ꝫ q̄libet auditā ꝓbat ¶ Sciēduꝫ q̄rto ꝙ locus dr̄ña maxime est q̄ vna maxīa differt ab alia.vt sunt termini maxime hñtes necc̄ariā habitudinē inter se.ex q̄ ꝓuenit necītas ipius maxie vt ille maxime. De quocūqꝫ p̄dicatꝰ spēs et genus. De quocūqꝫ ꝟificatꝰ diffinitio ꝛ diffinitū. Differūt tñ ꝑ suos terminos ꝛ illi termini inq̄ꝫtum hñt habitudinē adinuicē vocantꝰ loci dr̄ñe maxime Vñ dicuntꝰ loci inq̄ꝫtū ab ipis elicitꝰ argumētum vel in ipis ꝯfirmatꝰ ꝛ dicūtur dr̄ñe maxime inq̄ꝫtum faciunt differre vnā maximā ab alia ☞ Contra predicta arguitꝰ p̄mo sic.argumētum est mediū argumētatōis ꝓbans cōclusionem. sed locus maxima est vna ꝓpō argumentatōnis.sed mediū nō ꝯfirmatꝰ in p̄remissis argumētatōis.ergo locus maxima non est sedes argumenti.

Scd̄o sic.argumētum et locus idē sunt vt in illo argumēto.hō currit.ḡ aīal currit.ibi est argumētū.qꝛ ibi est mediū ꝓbās ꝯclusionē. ꝛ est etiā locus inq̄ꝫtū in ipo est spēs.qꝛ dꝛ locus a spē ꝛ locus non differt a spē.sꝫ ideꝫ nō ꝯfirmat seipm.ergo locus male dicitꝰ sedes argumēti Tertio sic.locus dr̄ā maxime est pars loci maxime ꝛ in eo ꝯtinetꝰ.ergo mēbꝛa diuisionis loci coincidunt. Quarto sic.hec est maxima. ōme totuꝫ est maius sua p̄te et aliqua est certioꝛ ipa.s.ista de quolibet esse vel non esse de nullo ambo simul.ergo ꝯtra diffinitōnem loci maxime. Quinto sic.omnis locus est habitudo.vt patet in diffinitōnibꝫ omniū locoꝛnm.sed tamē termini maxime non sunt habitudo.ergo male differūt loci dicūtur maxime.

☞ Ad p̄mū dicitꝰ.ꝙ licet argumētum q̄ꝫtum ad suum esse materiale qd̄ est medius terminus argumētatōis non ꝯfirmatꝰ ꝑ maximā tñ q̄ꝫtū ad ꝟtutem probandi cōclusionē bene cōfirmatꝰ ꝑ maximā ꝑ q̄ꝫ quā ꝑfecte explicatur virtus argumenti ꝛ manifestatur intellectui Ad scd̄m dicitꝰ.ꝙ licus locus et argumentum sint idem materialiter differunt tamen foꝛmaliter.vt in exemplo dato.homo inq̄ꝫtum habet ꝟtutē ꝓbandi conclusionem dicitꝰ argumētū.ꝛ inq̄ꝫtuꝫ est species ꝛ habet habitudinē ad genus dicitꝰ locet.et in ista habitudine sedet ꝛ confirmatur virtus que dicitꝰ argumentum.ꝛ sic locus et argumentum foꝛmaliter differūt.

Ad tertium dicitꝰ.ꝙ licet in loco maxima includatur materialiter locus differētia maxime.tanq̄ꝫ pars materialis eius nō tamē foꝛmaliter vt ꝑtinēs ad foꝛmā maxime Ideo locus maxima ꝛ locus differētia maxime non coincidunt foꝛmaliter Ad quartum dicitꝰ.ꝙ licet aliqua maxima sit simpliciter notioꝛ ista.omne totum est maius sua p̄te.tamē nulla.est notioꝛ ista in suo genere.hoc est que fit ex eisdem terminis ꝛ in eodem genere terminoꝝ.quia ex talibus terminis nulla est immediatioꝛ ipa.

Ad quintū dꝛ.ꝙ licet ꝑm vocē termini maxie nō sint habitudines tñ ꝑm eoꝝ ꝑcata ipoꝛtāt hitudines q̄ sunt substrata.vt ī pl̄ibꝫ intētōibꝫ scd̄is et

tum &c. q lz hō z aīal ptim ɔueniāt.s.in pcato.z ptim differāt scz pm modū pcādi tñ ibi hō nō infert aīal in illo argumēto inquātum ē ɔueniēs et differēs simul.sed sub ratōe ɔueniētie tm̄.ideo ibi ē solū loc⁹ intrinsec⁹

Item locus intrinsecus diuidit per locum a substantia.z per locum a cōcomitātibus substantiā.Locus a substantia est.quādo sumitur argumētum ab his que sunt de substātia terminorū in questione positorū Et ille locus diuidit p locū a diffinitōne a descriptōne z a nominis interptatōne.

Postq̄ autor pmisit diuisionē loci z diffinitōes mēbrorum eius. Hic cōsequenter subdiuidit vnū mēbrū ipius.s.locū intrinsecū dicens. Loc⁹ intrinsecus diuidit.&c.vt supra. Cui⁹ diuisionis rō est.q2 in oī loco intrinseco terminus inferēs aliquo mō idē ē in substātia cū termino illato.vl' q̄ dt totā substantiā termini illati ɔuertibiliter. vel dt aliqđ cōcomitās illam substātiā z nō dt ɔuertibilitatē pm se totā.si pmū sic ē loc⁹ a substantia. si scđm sic ē loc⁹ a cōcomitantib⁹ substātiā. ¶ Sciendū pmo q loc⁹ a substātia ē qñ termin⁹ inferēs dt ɔuertibiliter totā substātiā termini illati.vt arguēdo a diffinitōe ad diffinitū z nō optz ad talē locū q sp terminus inferens explicet substantiā termini illati.q2 locus a diffinito ad diffinitōem est locus a substantia.z tñ diffinitū nō explicat naturā diffinitōis neq3 descriptum descriptiōis. Ideo nō oportz q terminus inferēs dicat explicite substantiā alterius scz illati.s3 sufficit q dicat ɔuertibil'r totam substantiam eius.iō sic diffinit. Locus a substātia &c. vt s̄.z capitur ibi substātia q est idē cū illo qđ dt ɔuertibiliter totā substantiā rei vt capitur in diffinitōe loci intrinseci al's nō differret diffinitio loci intrinseci a diffinitione loci a substātia. ¶ Sciendū scđo q loc⁹ a cōcomitātib⁹ substātiā ē qñ sumit argumentū ab his q̄ sunt de substātia rei scz cū termin⁹ inferēs ɔuenit cū termino illato s3 nō ɔuertibil'r.vt arguēdo a pte ad totū.z econtra.z a cā ad effectū.z ecōtra. In talib⁹ em̄ sp terminus inferēs dt aliquo mō idē cū termino illato s3 nō ɔuertibil'r.z nō op3 in tali loco q termin⁹ inferens sit vnū in essentia cū termino illato sed sufficit q includat in eo pm aliquē modū essendi in z faciat vnū cū ipo in ratōe inferētis. z p respectu3 ad attributū quo infert terminū illatū. ¶ Sciendum tertio.q loc⁹ a substantia diuidit p locum a diffinitōne a descriptōne z locū a nōis interptatione. Cuius ratio est.q2 in loco a substātia vnus terminorum semp dicit explicatōem alterius.lic3 nō semp terminus inferens a quo denominatur locus dicat explicite totum esse alterius.sicut dictum est.vel ergo talis explicatio sumit ex pncipijs essentialib⁹ rei.vel a pprietatibus eius Si pmū sic est locus a diffinitōne.Si scđm hoc est dupliciter vel sumitur ab illis pprietatibus inquantum ab ipis fit interpretatio vel sumitur ab ipis pm se. Si primo modo sic est locus a nominis interptatōne. Si vero scđo sic est locus a descriptōne. Diffinitio em̄ explicat esse rei per essentialia.z descriptio per accidentalia.z interpretatio explicat ipsum per pprietates q

¶ Sciendũ tertio ꝙ locus medius est qñ sumit̃ argumentũ ab his que ptim ꝯueniunt ⁊ ptim differũt cũ terminis in questione posit̃ .hoc est qñ termin⁹ inferẽs ptim ꝯuenit ⁊ ptim differt a termino illato sicut est in abstracto ⁊ in ꝯcreto. ¶ Couueniũt eñ in re ſ̃cata. ⁊ differũt in mõ ſ̃cãdi. Et ꝯueniũt in ṗncipio voc̃ ⁊ differũt in fine sicut ẽ inter ꝯiugata ⁊ casus vt si q̃rat̃ vtꝝ iusticia sit bona. ⁊ ꝓbat̃ sic. iustũ ẽ bonũ. g̃ iusticia ẽ bona ibi iustum ptim ꝯuenit ⁊ ptim differt a iusticia. Et dr̃ talis loc⁹ medi⁹. q̃ termin⁹ inferẽs medio mõ se h̃z ad terminũ illatũ quantũ ad hoc qđ ẽ ꝯuenire ⁊ differre. Jõ iste iste loc⁹ quantũ ad ꝯueniẽtiã. ⁊ dr̃ñam termini inferent̃ cũ termino illato dr̃ aliq̃ mõ medi⁹ loc⁹. vel p pticipatõem termini intrinseci ⁊ extrinseci. ¶ Sciendũ quarto. ꝙ ṗdicta diuisio loci in locũ intrinsecũ extrinsecũ ⁊ mediũ. nõ ẽ diuisio gñis. q̃ loc⁹ nõ dr̃ equal̃r de istis trib⁹. s̃z ẽ diuisio analogi in sua analogata. q̃ loc⁹ dr̃ de istis trib⁹ ṡm ṗus et posteri⁹. Prius eñ dr̃ de intrinseco ⁊ postea de alijs. Et rõ ẽ. q̃ loc⁹ ẽ habitudo termini inferẽtis ad terminũ illatũ. s̃z in loco intrinseco vbi ẽ habitudo positiua reꝑitur pfectior habitudo q̃ꝫ in loco extrinseco vbi reperit̃ habitudo ṗuatiua q̃ h̃z cognosci p habitudinẽ positiuaꝫ sicut ṗuatio cognoscit̃ p habitũ. Et etiã locus medius pticipat ratõem loci inquantum h̃z ꝯuenientiã cum loco intrinseco ⁊ extrinseco. ⁊ ea p te qua ꝯuenit cũ loco intrinseco est pfectior extrinseco. Et p hoc patẽt diuisiones ⁊ cõparationes illoꝝ modoꝝ inter se ¶ Cõtra ṗdicta arguit̃ ṗmo sic. Loc⁹ maxima multiplicat̃ sicut locus differẽtia maxime. s̃z locus maxima nõ diuidit̃ per locũ extrinsecũ ⁊ mediũ. g̃ male diuidit̃ locus dr̃ñtia maxime Secũdo sic. locus differẽtia maxime h̃z diuidi ṡm differentias entis. eo ꝙ se tenet ex pte rei ſ̃cate. s̃z plures sunt differẽtie entis q̃ꝫ tres. s. idẽ ⁊ diuersuꝫ. act⁹ et potẽtia. accñs ⁊ substãtia. g̃ nõ sunt tñ tres loci dr̃ñtie maxime Tertio sic. loc⁹ dyaletic⁹ dr̃ ad siĺitudinẽ loci naturalis. s̃z locus naturalis est extrinsecus locato. g̃ oĩs locus dialetic⁹ ẽ extrinsecus ⁊ nullus intrinsec⁹.

Quarto sic. oĩs locus est habitudo mediãs inter terminũ illatũ ⁊ inferentẽ. g̃ oĩs locus est medius. Quinto sic arguendo. homo currit. ergo aĩal currit. terminus inferens. s̃z hõ ptim ꝯuenit ⁊ ptim differt cũ termino illato ⁊ tñ ibi nõ est locus medius. s̃z est locus a specie ad genus. g̃ locus medius nõ est qñ terminus inferẽs ptim ꝯuenit ⁊ ptim differt a termino illato. ☞ Ad ṗmum dr̃. ꝙ licꝫ nõ ponat̃ extrinsece diuisio loci maxime. tñ pt intelligi multiplicatio eius p diuisionẽ loci differẽtie maxime. q̃ variatis terminis q̃ sunt differẽtie maxime ṡm diuersos locos etiã variant̃ maxime q̃ formant̃ ṡm habitudines illoꝝ terminoꝝ. iõ in q̃libet loco speciali fit vna maxima specialis Ad scđm dr̃. ꝙ lꝫ diuisio loci differẽtie maxime sumat̃ ṡm aliquas differẽtias entis. s. ṡm idẽ ⁊ diuersum nõ tñ sumit̃ ṡm oẽs differẽtias ent̃. iõ nõ opꝫ ꝙ sint tot modi locoꝝ q̃t sunt modi siue differẽtie entis. Ad tertiũ dr̃ ꝙ lꝫ locus dyaletic⁹ habeat similitudinẽ cũ loco naturali. nõ tñ quantũ ad id qđ est esse extrinsecum. s̃z in hoc ꝙ est ꝯseruatiuus ⁊ generatiuus argumenti sicut locus naturalis locati. Ad quartũ dr̃ negando ꝯñam ⁊ rõ est. q̃ nõ dicit̃ locus medi⁹ propter hoc ꝙ sit habitudo media inter duos terminos. sed inđeo q̃ terminus inferens ptim ꝯuenit ⁊ ptim differt cuꝫ termino illato. Ad q̃n

Locus a diffinitõne maxima. Quicquid p̄dicaẗ de diffinitõne ꝛ de diffinito. Secũdo p̄dicando diffinitõnem affirmatiue. vt sortes est animal ratõnale mortale ergo sortes est homo. Locus a diffinitõne maxima. De quocũqꝫ p̄dicatur diffinitio ꝛ diffinitum. Tertio subĳciendo diffinitiõem negatiue. vt animal ratõnale mortale nõ currit. ergo homo nõ currit. Locus a diffinitõne maxima. quicquid remouetur a diffinitõe etiam remouetur a diffinito. Quarto predicando diffinitõnem negatiue. vt lapis nõ est animal rationale mortale. ergo lapis non est homo. Locus a diffinitione maxima. A quocunqꝫ remouetur diffinitio ꝛ diffinitũ econuerso. Locus a diffinito continet tot argumenta et tot maximas sicut locus a diffinitõne. Primo subĳciendo diffinitum affirmatiue. vt homo currit. ergo animal rationale mortale currit. Locus a diffinito maxima. q̄cquid p̄dicaẗ de diffinito ꝛ de diffinitõne. Secundo predicando diffinitum affirmatiue. vt sortes est homo. ergo sortes ē animal ratõnale mortale. Locus a diffinito maxima De quocunqꝫ p̄dicatur diffinitum ꝛ diffinitio. Tertio subĳciendo diffinitnm negatiue. vt homo nõ currit. ergo animal rationale mortale nõ currit. Locus a diffinito maxima. Quicquid remoueẗ de diffinito ꝛ etiã de diffinitõe. Quarto p̄dicando diffinitum negatiue. vt lapis nõ est homo. ergo lapis nõ est animal ratõnale mortale Locus a diffinito maxima A quocũqꝫ remoueẗ diffinitũ ꝛ etiam diffinitio. Et sciendũ ꝙ locus debet semꝑ denominari a termino inferẽte ꝛ nõ ab illato. vt quãdo diffinitio est inferens. est locus a diffinitõne quãdo vero diffinitũ est inferens est locus a diffinito.

Postq̄ꝫ autor p̄misit diffinitõem loci a substãtia. h̄ ꝯñr determinat de mẽbris eiꝰ ꝛ p̄mo de loco a diffinitõe q̇ ē ꝑfectior oibꝫ alĳs ꝛ hic incipit de terminare in speciali de syllogismo dyaletico ostendẽdo quõ in ꝑticulari formatur ſm diuersos modos loci. Et quia locus a diffinitõne p̄suppo nit cognitõem diffinitõis iõ p̄mittit diffinitõem diffinitõis dicẽs. Diffinitio est orõ indicãs q̇d ē eē rei ꝑ substãtialia. Et dicitur orõ qꝛ est q̊ddã ꝯplexum ĩcludẽs diuersa p̀ncipia diffiniti. s. genꝰ ꝛ dr̄am. qð q̇dem ꝯplexum ē orõ ĩꝑfecta ꝛ ſcat q̇d ē eē rei. qꝛ explicat p̀ncipia essentialia rei. scꝫ spẽi ex q̇bꝫ ꝯstat tota q̇dditas spẽi. s. genꝰ ꝛ dr̄ãm q̄ dicũt totũ eē essentiale reiꝰ a p̀ma potentia vsqꝫ ad vltimũ actũ ꝛ solũ hic diffinit̃ diffinitio pro

quibus nomē imponitur. ⁊ quādoq3 vocatur quid nominis. ¶ Scien/
dum quarto.ꝙ diffinitio dupliciter ꝯsideraẜ. Uno mō quantū ad essen/
ciā eius.put dicit ꝑncipia essentialia diffiniti ⁊ sic est medium syllogismi
demonstratiui.⁊ ab eo sumitur syllogismus demonstratiuus ⁊ nō dyale
ticus. Alio mō ꝯsideraẜ inquantū sumiẜ sub intentōne cōi diffinitōnis. ⁊
hoc dupliciter.q2 quādoq3 sumiẜ ꝑ respectū ad p̄dicata q̄ notiori modo
ꝯueniunt diffinito q̄3 diffinitōni. ⁊ hoc modo sumitur ab ea locus sophi/
sticus. ⁊ arguiẜ ꝑ fallatiam petitōnis ꝑncipij. Alio modo sumitur respe/
ctu p̄dicatoꝝ.que notiori modo conueniunt diffinitōni q̄3 diffinito.⁊ hoc
modo ab ea sumiẜ locus dyaleticus.⁊ sic ꝯsideratur hic. Et sic pat3 diui
sio ⁊ sub diuisio loci intrinseci.¶ Contra p̄dicta arguiẜ ꝑmo sic. Locus a
causa officiente est locus intrinsecus.⁊ tamen nō est a substantia. vt patet
in textu.nec a cōcomitantibus substantiam . quia causa efficiens nō cōco
mitatur suum effectum.s3 est sibi extrinseca.ergo nō sufficienter diuidit lo
cum intrinsecum. Secundo sic.arguendo a genere ad speciem est argu
ere a substantia terminoꝝ in questione positorum.⁊ tamē ibi nō est locus
a substantia.ergo ꝯtra diffinitōem loci a substantia. Tertio sic illa q̄
cōcomitantur substantiam rei sunt extra ip̄a.ergo quādo sumiẜ argumen
tum a cōcomitantib9 substantiā ibi est loc9 extrinsecus.g̊ male poniẜ loc9
a cōcomitātib9 substantiā eē locū intrinsecū. Quarto sic.ab eodē nō su
miẜ locus dyaleticus ⁊ sophisticus cū inter se opponunẜ.s3 a diffinitiōe su
mitur locus sophisticus.g̊ ab ip̄a nō sumiẜ loc9 dyaleticus Quinto sic
Locus a diffinito ⁊ a descripto sunt loci a substātia ⁊ nō ponūẜ in ista di/
uisione.g̊ ē insufficiēs.☞ Ad ꝑmū d2 ꝙ l3 cā efficiēs ꝑm se sit extrinseca
suo effectui tñ ꝑm virtutem ei9 ē aliquo mō sibi intrinseca.⁊ aliq̊ mō facit
vnū cū ip̄o ꝑm quā vnitatē se h3 vt termin9 inferēs respectu sui effectus
in ordine ad illa p̄dicata bonū malū. Ad scd̄m d2.ꝙ lic3 gen9 sit de sub
stātia spēi ꝑ modū ꝑncipij nō tñ d̄t illā totā substātiā ꝯuertibiliẜ.iō argu
endo a gn̄e ad spēm nō arguiẜ a substātia rei eo mō quo intelligiẜ in diffi
nitōe loci a substātia. Ad tertiū d2.ꝙ l3 aliqua q̄ cōcomitanẜ substātiā
rei nō sint intrinseca essentialiẜ.tñ dicunẜ intrinseca ꝑm aliquē modū essen
di.qd̄ sufficit ad locū intrinsecū. Ad quartū d2.ꝙ ab eodē eodē mō ac
cepto nō sumitur locus sophisticus ⁊ dyaleticus.licet bene ab eodem di/
uersimode accepto.⁊ sic est de diffinitōne que facit locum dyaleticū ⁊ lo/
cum sophisticum. Ad quintum diciẜ.ꝙ lic3 in hac diuisione loci a sub/
stantia nō ponaẜ explicite locus a diffinito ⁊ a descripto.tñ subintelligiẜ ꝑ
locū a diffinitōne ⁊ a descriptōne ⁊ locus ab interp̄tato ꝑ locum ab inter
p̄tatōne.q2 oīa illa habent se correlatiue.⁊ sub loco a descriptōne ꝯtineẜ
locus a diffinitōne causali que datur ꝑ causas extrinsecas ip̄ius diffiniti.

Diffinitio est oratio indicans quid est esse rei ꝑ essen/
tialia Locus a diffinitōne. est habitudo diffini/
tionis ad diffinitum ⁊ continet quattuor argumen/
ta ⁊ quattuor maximas. Primo subijciendo diffinitionē
affirmatiue. vt animal rationale currit. ergo homo currit.

quid est esse rei. Secūdo sic. aīal rationale currit. ergo homo currit. ibi est petitio pncipij. ergo non cōuenienter arguitur a diffinitione ad diffinitum nec iste locus tenet subijciendo diffinitōnem affirmatiue. Tertio sic. Hic est locus demonstratiuus. homo est aīal rōnale. ergo homo est risibilis. ergo pdicando diffinitōnem affirmatiue non est locus dialecticus sz demōstratiuus. Quarto sic. eadem est habitudo medians inter diffinitōnem z diffinitum. z econtra. sicut est eadez via de sursum et deorsum z econtra. ergo cū locus sit habitudo terimini ad terminū sequitur q locus a diffinitōne z a diffinito non sunt loci distincti Quinto sic Unūquodq denominatur a fine. sed terminus illatus in loco. se habet vt finis. ergo locus debet denominari a termino illato.

☞ Ad pmū dicitur. q licet differentia predicetur in quale non tamē diffinitio. et ratio est. qz solum illud predicatur in quale quod dicit actuz qualificantem potentiam precedentem ipm. sicut drīa qualificat genus quod determinat. ergo cum diffinitio dicat totum esse speciei a prima potentia vsq ad vltimū actum non presupponit aliquam potentiam quaz qualificet. ideo non predicatur in quale. nec differētia est proprie vltimus actus ipsius diffinitōnis. sed aggregatio z esse vnitiuum generis z differentie Ad secūdum dicitur. q si in toto illo argumēto consequēs sit notius respondenti q antecedens. tunc est petitio principij. vel si illud predicatū currit notius dicatur de diffinito q de diffinitione in ordine ad ipm respondentem. sed si ecōtra in ordine ad respondentem antecedens sit notius consequēte. tunc ibi est locus dyalecticus. quia in loco dyalectico nō oportet semper procedere a notiorib simpliciter. sed a notiorib respōdenti. nec est inconueniens q in eodem argumento respectu diuersoruz respōdentium sit locus dyalecticus. z petitio pncipij si antecedens vni sit notius. z consequens alteri. Ad tertium dicit. q si in illa ratione ostendatur conclusio sequi propter habitudinem ipoz pncipiorum hominis. scz aīalis rationalis ad illam passionem que est risibile ibi est bona demōstratio. z ostenditur passio subiecti per propria principia eius. Sed si ostendatur illa conclusio virtute habitudinis diffinitōnis inqtuz diffinitio respectu diffiniti. vt illa habitudo fundatur in illa intentione cōmuni diffinitionis. ibi est locus dylecticus Ad quartum dr. q licet a diffinitione ad diffinitum z ecōtra sit eadem habitudo materialiter est tamen diuersa formaliter inqtum sumitur virtus probatiua in diffinitione. z inqtū virtus probatiua in diffinito Ad quintum dicitur. q licet in illis que dicunt causalitatem finis. a fine fiet denominatio. non tamen in his que dicunt causalitatem efficientis. sed ibi sumitur denominatio ab efficiente. Modo locus dicit causalitatem efficientis. et illud efficiens est terminus inferens. ideo locus denominatur a termino inferente. et non a termino illato.

Escriptio est oratio significans esse rei per accidentalia. vt animal risibile est descriptio hominis. vel sic. Descriptio est oratio cōstans ex genere et proprio. vt ani-

diffinitione quidditatiua que est diffinitio simplr et non pro diffinitōe causa li que datur per causas extrinsecas diffiniti. nec pro diffinitōne descriptiua vel pro diffinitōe quid nois. ¶ Sciendum pmo q locus a diffinitione est habitudo diffinitōis ad diffinitū suū. et illa habitudo est habitudo idētitatis et puertibilitatis. qz diffinitio dicit idē essentialiter et cōuertibiliter cū diffinito suo. Et inde puenit q quicquid affirmatiue vel negatiue verificat de diffinitōne eodē modo et de diffinito et ecōtra. et ptinet iste locus quatuor argumēta et quatuor maximas. Primo subijciendo diffinitiōez affirmatiue. Scdo predicādo affirmatiue. Tertio subijciendo diffinitionem negatiue. Quarto predicando diffinitōem negatiue. Quorum exēpla et maxime habētur satis in textu. Et istorum cā reddit pter habitudinem prius habitam diffinitōis ad diffinitū Sciendum scdo. q licet diffinitio pcat idē essentialiter cū diffinito. differūt tn̄ fm rōnem accidentalē qz diffinitio dicit pncipia diffiniti que naturaliter pcedūt diffinitū. et dicunt sub modo pluriū. Diffinitū vero sequit illa pncipia et hz se per modū vnius compositi ex illis pncipijs. et arguendo a diffinitōe ad diffinitū oportet arguere ab ipa diffinitōne eo modo quo est eadē. et puenit cū diffinito et non ea pte qua differt ab ipa. qz sic non arguit ab ea inqntum diffinitio est. Et similiter arguēdū est a diffinito ad diffinitōem. et ideo nō seqtur. aial rōnale est oratio. ergo homo est oratio. qz ibi argnit a diffinitōne ea parte qua differt a diffinito et non inqntum puenit. Et sic pmittit fallacia accidētis Et silr nō sequit hō est diffinitū. g aial rōnale est diffinitū. et sic de multis alijs silr dcm est pter cām predictam Sciendū tertio. q locus a diffinito est habitudo ipius diffiniti ad diffinitiōem Et ptinet quatuor argumenta sicut locus a diffinitōne. Primo subijciēdo diffinitū affirmatiue. Scdo pdicando ipm affirmatiue. Tertio subijciendo diffinitū negatie Quarto pdicando ipm negatiue. Quorum modorum exēpla et maxime satis patent in textu. Ratio quare tenent similiter sicut locus a diffinitōne est qz sicut diffinitio dr idē eentialiter et puertibiliter cū diffinito. Et ideo sicut pter idētitatē capiunt illi quatuor modi arguēdi a diffinitōe ad diffinitum. Sic etiā capiunt quatuor modi arguēdi a diffinito ad diffinitionem. qz vtrūqz habet silem habitudinē ad reliquū Sciendū quarto. q locus semp denoiatur a termio inferente et non a termio illato. Cuius rō est. qz locus est habitudo pfirmatiua argmenti per quā accipit pbatio psequentis et termini illati. Sed illa habitudo pfirmatiua argumenti et virtus pbatiua psequentis est in termino inferēte. s. in medio et non in illato. Ideo cū in añcedente ponit diffinitio erit locus a diffinitōe. Et cū diffinitū ponitur in añcedente erit locus a diffinito. Non tn̄ denoiatur locus a termino inferente materialiter sz formaliter capto sub illa intentōne cōi que est terminus inferens. Ideo hic sortes est homo. ergo sortes est aial. qmuis hō quodāmodo sit diffinitum. nō tn̄ dr ibi esse locus a diffinito vel ab hoie. qz homo nō est inferens sub rōne hoīs vel diffiniti. sed sub rōne spēi. ideo dicitur locus a specie. ¶ Contra pdicta arguit primo sic. Vnūqdqz capit denoiationem a suo vltimo actu sed differentia est vltimus actus diffinitionis et ab ipa diffinitio redditur puertibilis cum diffinito. ergo sicut differētia predicatur in quale. ita et diffinitio. ergo diffinitio nō significat

¶ Sciēdū est tertio. ꝙ descriptio facit locū a substantia. qꝛ dicit idem eēn-tialiter ⁊ ꝯuertibiliter cū descripto. ⁊ quicq̄d verificatur de vno ⁊ de alio et etiam de quocūq; verificatꝛ descriptio ⁊ descriptū. et ecōtra ꝓpter ꝯuer-tibilitatē eoꝝ. et licet descriptio explicet esse rei ꝑ accidētalia. que ꝯcomi-tantꝛ substātiam rei. tn̄ ipsa accipitꝛ ⁊ supponit pro eadez essentia cū suo de-scripto. vt dicendo aīal risibile currit ibi aīal risibile supponit ꝓ eisdē sup-positis. ⁊ ꝓ eodē in substantia sicut homo ideo ipsa facit locū a substantia.

Sciendū quarto. ꝙ locus a descriptione est habitudo descriptiōis ad descriptū. que quidē habitudo est ꝯuertibilis et tenet quatuoꝛ argumen-ta. ⁊ quatuoꝛ maximas. p̄mo subijciendo descriptōem affirmatiue Scd̄o predicando affirmatiue. Tertio subijciendo negatiue Quarto predican-do negatiue. Exēpla ⁊ maxime accipiuntꝛ sicut in loco a diffinitiōe solum mutādo diffinitōem in descriptōem ⁊ diffinitū in descriptū. Sꝫ locus a descripto est habitudo descriptiōis ad descriptuz. ⁊ tenet quadrupliciter sicut precedēs ⁊ eodē mō formantꝛ argumēta et maxime eius sicut in loco a diffinito ☞ Contra predicta arguitꝛ primo sic. Si descriptio diffi-niretꝛ hoc esset ꝑ aliā descriptōem cū nō habeat diffinitōem quidditatiuā et iterū illa descriptio ꝑ aliā. ⁊ sic de alijs. ⁊ sic esset processus in infinitū qđ est incōueniens. ergo descriptio nō diffinitꝛ Scd̄o sic. Illud qđ ꝑcat acci-dentia rei non ꝑcat esse rei. sꝫ descriptio q̄ datꝛ solū ꝑ accidētia tm̄ ꝑcat acci-dentia rei. ergo male dꝛ ꝙ ꝑcat esse Tertio sic. oīs descriptio dꝫ dari per accidentalia. sꝫ genus ⁊ ꝓprium ambo sunt essentialia spēi. qꝛ genus est de eēntia spēi. ⁊ ꝓpriū imediate ꝯsequitꝛ essentiā spēi. g̊ nulla descriptio dꝫ da-ri ꝑ genꝰ ⁊ ꝓpriū. Quarto sic. homo est aīal risibile. g̊ homo nō est lapis est habitudo descriptōis ad descriptū. et ecōtra. ⁊ tn̄ ibi non est locus a de-scriptōne. sed a disperatis. g̊ ꝯtra diffinitōem illoꝝ locoꝝ. Quinto sic. Non sequitꝛ aīal risibile ꝯponitꝛ ex genere ⁊ ꝓprio. g̊ homo ⁊c̄. et tn̄ est locꝰ a descriptōe. g̊ locus a descriptōne non tenet subijciendo descriptōez af-firmatiue. ☞ Ad p̄mū dicitꝛ. ꝙ descriptio sub illa intentiōe incōplexa diffinitꝛ ꝑ diffinitōem descriptiuam ⁊ illa diffinitio nō habet vlterius dif-finiri ꝑ aliam. eo ꝙ est aliqđ ꝯplexuz. ideo non oportet ꝓcedere in infinitū in descriptōe Ad scd̄m dꝛ ꝙ licet descriptio solū data ꝑ accidentia ꝑcet accidētalia de suo formali ꝑcato. tn̄ de materiali ꝑcato iportat eē rei sub-stantiale. qđ ꝑ illa accidētia explicatꝛ a posteriori. et etiam supponit ꝓ sub-stantia rei. Ad tertium dicitꝛ. ꝙ lꝫ genus ⁊ ꝓpriū sint essentialia spēi in-q̄tum respiciūt eēntiaz eius. tn̄ pn̄t dici accidentalia inq̄tum genus est cā effectiua ꝓprij. Et ꝓpriū ꝯsequitꝛ totū eē ꝯplexū spēi. qꝛ etiā genus ⁊ dr̄ia nō causant ipm ꝓpriū nisi post eē ꝯpletū spēi. iō genus ꝯsequitꝛ esse spēi ali-quo modo. vt est causa ꝓprij Ad quartum dicitꝛ. ꝙ lꝫ in illo enthimema-te sit habitudo descriptōis ad descriptū inter terminos an̄cedentis. tn̄ nō inter terminū inferētem ⁊ illatū. qꝛ aīal risibile est terminus inferēs cuz sit mediū ⁊ lapis terminus illatꝰ. ⁊ inter illos non est habitudo descriptiōis ad descriptū. vel ecōtra Ad quintum dꝛ. ꝙ ibi arguitur a descriptōne non ea ꝑte qua ꝯuenit cū descripto. sed ea ꝑte qua differt. Ideo ibi cōmit-titur fallatia accidentis

mal risibile. Locus a descriptione est habitudo descriptio-nis ad descriptum. Et cõtinet quatuor argumenta et quatu-or maximas. sicut locus a diffinitione. et formant hic eodẽ modo argumenta et maxime sicut ibi. nisi q ibi ponitur dif-finitio et diffinitum. hic vero descriptio et descriptũ ponit.

¶ Postq autor determinauit de loco a diffinitione et a diffinito. Hic consequenter determinat de loco a descriptõne et descripto. Primo diffi niens descriptionem dicit. Descriptio est oratio quid est esse rei signifi-cans per accidẽtalia. et dicitur oratio. quia descriptio componitur ex plu-ribus. quorum vnum contrahit aliud. et est quoddam complexũ. vt ani mal risibile. et oratio ponitur loco generis diffiniti. Deinde ponitur esse rei per accidentalia. ad differentiaz diffinitionis que significat esse rei per essentialia. Et ratio huius potest esse. quia illud quod significat esse rei per ea que consequuntur ens in specie completum explicat ipsum per acci dentalia cum omnia ꝯsequetia cõpletum esse in spẽ sunt accidentalia. sed descriptio est huiusmodi. ergo descriptio explicat esse rei per accidentalia ergo etc. ☞ Sciendum pmo. q duplicia sunt accidentia. Quedam sunt cõmunia que consequuntur principia indiuidui. Alia sunt propria que consequuntur principia speciei. Descriptio autem debet dari per ac cidentia propria et non debet dari per communia. nisi inqtum plura ac-cidentia cõmunia accipiuntur loco vnius proprij sm quod vtrunqz re-stringit alterum et per hoc faciunt vnum conuertibile cum diffinito. vt gressibile et bipes est ꝯuertibile cum homine eo quod vnum contrahitur ad alterum. et econtra. et ideo illud aggregatum equiualet vni actui pro-prio. qmuis ibi sint plura accidentia. et sic debet intelligi q descriptio signi ficat esse rei per accidentia propria. vel communia appropriata. vel meli-us dicitur per accidentalia. q per accidentia. quia quandoqz descriptio datur p inferiora supioris. et quandoqz per modos essendi que non sunt pura accidentia. sed dicuntur accidentalia. quia habent modum accidẽ-tium ¶ Sciendum est secundo. q descriptio aliter sic diffinitur. est ora tio constans ex genere et proprio. vt animal risibile est descriptio homi-nis. et includit genus et proprium eius. Aliter autem ponitur genus in diffinitione et in descriptione. quia genus consideratum vt est pncipium essentiale et formale speciei ponitur in diffinitione quidditatiua. Sed ge-nus cosideratum vt est causa efficiens proprij quod fluit ex genere poni-tur in descriptione. et capitur dupliciter descriptio. Uno modo genera-liter pro quacunqz oratione que explicat esse rei per accidentalia. siue sint propria siue appropriata. siue sint cause extrinsece diffiniti. ex quibus fit diffinitio causalis. et sic diffinitur prima sui diffinitione. Alio modo capi tur solum pro illo quod fit ex genere et accidente proprio. et hoc modo de scriptio capitur in secunda diffinitione. ideo diuersimode dantur de ipa iste diffinitiones

realiter ⁊ conuertibiliter idem cū suo interpretato. et de ista est hic ad propositum. et diffinitur sic. Interpretatio est expositio vnius nominis minus noti per aliud magis notum.

☞ Sciēdum secundo. ꝙ ethimologia translatio. ⁊ interpretatio sic inter se differunt. quia ethimologia est expositio vnius dictionis per alias dictiones eiusdem ydeomatis. vt sol dicitur quasi super omnia lucens. et luna quasi luce nitens aliena vbi exponitᷣ nomē latinū ꝑ alias dcōes latinas. Et trāslatio est mutatio sermonis de vno ydeomate in aliud. vt cū mutatᷣ grecū in latinū. vt kyrios grece est dn̄s latine. Sed interp̄tatio fit qn̄ exponitᷣ vna dictio ꝑ alias dcōnes eiusdē ydeomatis vel diuersoꝝ. et sic interp̄tatio vt hic sumitᷣ est qͦdam supius ad ethymologiam ⁊ distinguitᷣ ꝯtra trāslatōem in qua non fit expositio noīs sed mutatio vnius sermonis in alium sermonē extrinsecū vel extraneū. ⁊ ideo ſm trāslatiōem sumitᷣ locus extrinsecus. ⁊ ab alijs sumitᷣ locus intrinsecus qui generaliter dᷣ ab interp̄tatione ad interpretatū ¶ Sciendū est tertio. ꝙ locus ab interpretatione est habitudo interpretatōis ad interpretatū. Et tenet quatuoꝛ argumenta ⁊ quatuoꝛ maximas. ꝑmo scꝫ subijciendo interp̄tatū affirmatiue. secūdo negatiue ⁊ tertio predicando affirmatiue. ⁊ q̄rto negatiue. Capiuntᷣ exempla ⁊ maxime eodem modo sicut ⁊ in precedētibꝫ Sed locus ab interpretato est habitudo interp̄tati ad interpretatōem et tenet etiam quatuoꝛ modis sicut locus ab interpretatōne. et rō est hec. qꝛ interpretatio ⁊ interpretatū cōuertuntᷣ. ergo vtrūqꝫ ad alterū est eadē habitudo q̄tum ad hoc qᷦ est formare argumēta ⁊ maximas penes affirmationem ⁊ negatōem subiectōem ⁊ p̄dicatōem. ¶ Sciendū quarto. ꝙ preter istos locos a substātia hic positos sunt adhuc alij modi minus p̄ncipales reducibiles ad ipos. scꝫ locus a synonomo ad synonomū. vt tullius currit. ergo marcus currit. ⁊ locus differentie ꝓprie ad spēm ⁊ ecōtra. vt rationale currit. ergo homo currit. et ecōtra. ⁊ locus a spē ad ꝓpriū. et ecōtra. vt homo est. ergo risibile est. Et locus ab exponētibꝫ ad expositū. vel ecōtra vt hic homo currit. ⁊ nihil aliud ab hoīe currit. ergo tm̄ hō currit. Vn̄ nota ꝙ locus a synonomo ad synonomū ⁊ a spē ad drām. ⁊ eꝯ reducuntᷣ ad locū a diffinitione vel diffinito qꝛ terminus inferēs idē dicit essentialiter ⁊ ꝯuertibiliter cū termino illato. ⁊ inde sumitur ꝟtus ꝓbatiua in loco a diffinito vel diffinitōe Sed locus a specie ad proprium reducitur ad locum a descripto ad descriptionē ⁊ ecōtra. sed locus a ꝓprio ad spēm reducitur ad locū a descriptione. eo ꝙ proprium se habet in descriptōne sicut vltima differentia descriptiua ad ipm descriptum. Sed locus ab exponētibꝫ ad expositum reducitur ad locū ab interpretatione. vnde generaliᷣr in om̄i loco a substātia terminus inferens ⁊ terminus illatus cōuertuntur inter se et propter ꝯuertibilitatē sumūtur oēs loci ⁊ maxime a substātia. Et posset poni vnus locus generalis. scꝫ locus a ꝯuertibilibꝫ in quo continerentur generaliter omnes loci a substantia. et posset argui quatuoꝛ modis ꝑ illum locū ⁊ formari possent quatuoꝛ maxime. vt quicquid verificatur de vno ꝯuertibilium ⁊ de reliquo. Et de quocūqꝫ verificatur vnum cōuertibilium et reliquum. et quicquid negatur de vno ⁊ de alio. et de quocunqꝫ negatur vnum ⁊ reliquum. ⁊ per hoc ponūtur argumēta ⁊ maxime locorum a substātia

Tertio sic. in loco dyaletico est habitudo antecedētis ad cōsequens. et termini inferentis ad terminū illatū. sed añs et ꝯsequens sunt relatiua inter se. ergo omis locus est a relatiue oppositis. et sic male ponit locus di/stinctus ab alijs. Quarto sic. Nō seqtur pater soꝛtis nō ē. ḡ fili9 soꝛtis nō est. ḡ loc9 a relatiuis nō tenet negatiue. ꝯña tenet qr pater in cōi et fili9 di/cunt coꝛrelatiue. et sic arguit a relatiuis. Quinto sic. nō seqtur. soꝛtes ē pater platonis. ḡ nō ē fili9 hoīs et ibi arguit a relatiue oppositis affirmati ue. ḡ iste locus nō valet affirmatiue. ☞ Ad pmū dr. q vnū relatiuoꝛuꝫ oppositoꝝ nō infert aliud affirmatiue sꝫ negatiue. eo q vnū includit nega tionē alterius. iō posito vno in aliquo subiecto destriuitur aliud respectu eiusdem subiecti. Ad secūdū dicitur q licet maius dicatur coꝛrelatiue ad min9 sile ad sile. tñ i loco a maioꝛi. et minoꝛi et a sili nō sumit virt9 pba tiua rōne oppositōnis. sed rōne maioꝛis tm. vl minoꝛis tm vel silitudinis ideo isti loci distinguunt a relatione oppositis Ad tertiū dr. q añs et cō sequēs fm istas intentōes dicunt relatiue inter se. sꝫ nō dicunt relatiue fm id qd sunt. quod tamē requirit in loco a relatiue oppositis. iō nō ois locus dicit a relatiuis Ad quartū dr. q pater soꝛtis nō dr coꝛrelatiue se habe re ad filiū soꝛtis. sed tm dicit se coꝛrelatiue hre ad filiū in cōi. nō tñ dicit re latiue ad filiū acceptū cū determinatōe spēali sicut pater in cōi et iste fili/us non dicunt coꝛrelatiue inter se. ideo ibi non arguit p locū a relatiuis Ad qntū dicit. q ibi nō arguit p locū a relatiue oppositis. qr soꝛtes in an tecedēte et ꝯñte nō dr pater et filius respectu hoīs accepti pꝛo eodē supposi to determinato. sed ad relatiue opposita requirit q semp fiat ꝯceptio res/pectu eiusdem. ideo bñ seqtur a relatiue opposit. soꝛtes est pater hoīs. er go non est filius eiusdem

Contrarietas est contrarioꝛum oppositio. vt albi et nigri. Contrarioꝛum quedā sunt mediata. vt album nigrum inter que sunt medij coloꝛes. Quedā vero immedia ta. vt sanū egrum circa aīal. Locus a ꝯtrarijs est habitudo vnius ꝯtrarioꝛum ad reliquum. et tenet constructiue et de/

conditiones reqrunt ad debite arguendū p locuȝ a puatiue oppositis.

☞ Contra pdicta arguit pmo sic. Aliqd est aial medio modo se hñs inter sanū et egrū qd dicit neutrū. ergo est aliqd mediū p pticipatōem inter sanū ꝛ egrū. Scdo sic. posito scuto pro media pte albo ꝛ pro media pte nigro. Non seqtur hoc scutū est nigrū ergo nō est albū. qꝛ simul est albū et nigrū. ergo locus a ɔtrarijs imediatis non tenet affirmatiue Tertio sic. nō sequit hoc lignū est ꝛ nō est sanū. ergo est egrū ꝛ tñ lignū est subiectum determinatū cū sit vnū ens in nūero. ergo locus a ɔtrarijs immediatis nō tenet negatiue Quarto sic. nō sequit. hō mouet. ergo non quiescit qꝛ homo in naui mouet et quiescit ꝛ tñ ibi arguit a priuatiue oppositis affirmatiue. ḡ iste locus illo mō nō valet. Quinto sic. non sequit. dormiens nō est videns ergo est cecus. dato ꝙ ponātur oēs ɔditiōes prius posite. ergo locus a priuatiue oppositis non tenet negatiue positis illis circūstātijs ¶ Ad primū dicit. ꝙ ɔsiderent sanū ꝛ egrum q̄tum ad dispositiones pcedentes sanitatē ꝛ egritudinē vel q̄tum ad opatōes sequentes sic inter sanū ꝛ egrū simplr datur mediū qd dr neutrū sed illud nō est eiusdem generis pximi cū extremis Sed si ɔsiderent formaliter vt sanū dicit adeq̄tōem hūoꝝ ꝛ egrū inadeq̄tōem inter ipa nō est mediū. qꝛ inter eqle et inequale non pt dari mediū. ideo imediata dicunt Ad secūdum dr ꝙ scutū pro media pte albū ꝛ pro media pte nigrū nō est simplr albū nec simpliciter nigrū. sed est vnū coloratū sub rōne colorati. iō añs est falsuȝ ꝛ ɔsequens Ad tertium dicitur. ꝙ ibi nō arguit respectu subiecti determinati. qꝛ licet hoc lignū sit determiatū in nūero nō tñ est subiectū determinatū illorū ɔrioꝝ sanū ꝛ egrū. Ad q̄rtuȝ dr. ꝙ licet hō motus in naui moueat ſm motū alterius ꝛ p accñs nō tñ mouet motu pprio. sȝ q̄tū ad motum ppriū quiescit q̄eta opposita motui proprio Ad q̄ntum dr. ꝙ si capiat nō videns vt negat actū videndi sic dormiens est nō videns. ꝛ sic videns nō opponit priuatiue cecitati vel ceco. sed si capiat vt negat habitum visus ꝛ vt opponit ceco sic est falsum ꝙ dormiens sit non videns. qꝛ actu habet habitum potentie visiue. ꝛ nō bñ arguit p illū locū sed sicut añs est falsum ita et ɔsequens. sȝ pmo mō sunt vera sȝ nō arguit p istū locum.

Contradictio est oppositio cuius ſm se non est dare medium. Locus a ɔtradictorie oppositis est habitudo vnius ɔtradictorie oppositorum ad reliquū. vt sortem sedere est verum. ergo sortē nō sedere est falsuȝ. loc9 a ɔtradictorie oppositis maxima. Si vnū ɔtradictoriorum sit verum reliquum erit falsuȝ Sūt āt alia opposita q̄ dicunt disparata q̄ nō sunt opposita ſm aliqd genus predicte oppositionis. sed sunt diuersa. vt hō et asinus. Et a talibus sumitur hic argumentū sortes est hō. ergo nō est asin9. maxia. de q̄cūqꝫ dr vnū dispa

et se expellunt ab eodem subiecto. eo ꝙ vnum importat negationem alte
rius. ideo posito vno in aliquo subiecto necessario remouetur reliquum. et
non solum valet affirmatiue iste locus arguendo ab vno cōtrariorum tm̄.
sed etiam arguendo a pluribꝫ ponendo plura contraria in antecedente et
consequente. vt iusticia est bona. ergo iniusticia est mala. iusticia est virtus
ergo iniusticia est vicium. et propter hoc iste locus vocatur a contrarijs
in plurali numero. ¶ Sciendum est secundo. ꝙ locus a contrarijs im-
mediatis tenet negatiue duabꝫ conditionibus obseruatis. Prima ꝙ po-
natur constantia subiecti. defectu cuius non sequitur. adam non est eger.
ergo non est sanus. Secunda ꝙ arguatur respectu subiecti determinati.
defectu cuius non sequitur. iste lapis est ⁊ nō est eger. ergo est sanus. quia
lapis non est determinatum subiectum illorum contrariorū. sed posita cō
stantia subiecti determinati semper valet negatiue. vt animal est et non
est egrum. ergo est sanum. Maxima. destructo vno contrariorum imme
diate in subiecto determinato immediate existente ponitur reliquū. eo ꝙ
respectu eiusdem subiecti semper necessario est inesse aliquod illorum con-
traiorum. sed in contrarijs mediatis iste locus non tenet negatiue nisi po
sita cōstantia subiecti determinati cum abnegatione vnius contrariorū
et omnium intermediorum. vt hic. corpus mixtum est et non est album
nec medio colore coloratum. ergo est nigrū. Maxima remoto vno contra
riorum mediatorum ⁊ omnibus intermedijs a subiecto determinato ne-
cesse est ponere reliquum. ¶ Sciendū tertio. ꝙ priuatiue opposita sunt
que habent fieri circa idem subiectum ordine irregressibili ⁊ tempore de-
terminato a natura. vt visus ⁊ cecitas circa oculum. Et intelligitur hec
diffinitio de priuatiue oppositis perfecta priuatione in quibus. scilicet pri
uatio negat habitum ⁊ principia habitus simul et non de illis que oppo
nuntur priuatione imperfecta. in quibus scilicet priuatio negat habitum
et derelinquit principia habitus. vt sunt motus quies scientia ⁊ ignoran-
tia. quia in istis potest fieri regressus de priuatione in habitum vt de qui-
ete fit regressus ad motum. Et priuatiue opposita communiter sumpta
sic diffiniunt. sunt quorum vnum dicit negationem alterius cum apti-
tudine ad ipm̄. Cuius ratio est. quia ꝓuatiue opposita sunt habitus ⁊ pri
uatio est carentia forme siue habitus in subiecto apto nato ad ipm̄ habi-
tum vt cecitas respectu visus Sciendū quarto. ꝙ locus a ꝓuatōne op-
positꝭ est habitudo ꝓuatōis ad habitū Et tenet affirmatiē sic. sortes est
vidēs. ḡ nō est cecus. Maxima. posito habitu in subiecto remouet ꝓua-
tio eius. eo ꝙ vnū eoꝝ sp importat negatōem alterius ⁊ tenet negāt. posi
ta ꝯstātia subiecti determinati ⁊ determiato tpe a natura in quo debet eē
habitus. vt sortes est ⁊ non est videns ⁊ aptus natus est videre. ergo est
cecus Maxima destructo vno priuatiue oppositorum in subiecto apto
nato ⁊ tempore determinato a natura necessario ponitur reliquum. Sed
non sequitur. antichristus non est videns. ergo est cecus. quia non poni-
tur constantia subiecti. Nec sequitur. lapis est ⁊ non est videns. ergo est
cecus. quia non ponitur constantia subeicti determinati ad suscipiendū
habitum vel priuationem. Nec sequitur. puer est nouiter natus ergo est
edentulus. qꝛ nō ponitur tempus determinate ipius habitus. que tamen

neraliter omnia eo modo quo nõ pñt de se inuicẽ verificari dicunt̃ dispata
et si aliqua vno modo verificant̃ de seinuicẽ ⁊ alio mõ nõ illo modo q̊ de
seinuicẽ nõ verificant̃ sunt dispata vt̓ qualitas ⁊ ꝗ̄titas in cõcreto de se-
inuicẽ verificant̃ dicẽdo quale est q̄ntũ ⁊ in abstracto non ꝟificant̃ de sein-
uicẽ. ⁊ g̊ in abstracto sunt dispata ¶ Sciendũ quarto ꝙ locus a dispatis
est habitudo vniꝰ dispatorũ ad reliquuꝫ. Et tenet affirmatiue sic. sortes
est homo ergo non ẽ asinus. Maxima cuicũqꝫ cõuenit vnũ dispatorum
ab eodẽ remouet̃ reliquũ. Et rõ est. qꝛ dispata non pñt de seinuicẽ verifica
ri vl̓ de eodẽ tertio vere predicari. qꝛ si vere p̄dicarẽt̃ de vno tertio possent
aliquo modo de seinuicẽ predicari. sed non tenet iste locus negatiue. quia
non sequit̃. sortes nõ ẽ asinꝰ. ergo sortes est equus.
☞ Contra predicta arguitur ꝑmo sic. Inter esse ⁊ non eẽ que sunt con-
tradictoria est cõtradictio media ⁊ etiam relatio illarum extremitatũ. er-
go inter ꝯtradictoria potest dari medium. ergo male dicitur ꝙ in ꝯtradi
ctione non est medium. Secũdo sic. Non sequitur pluuiã cras esse est
verũ. igitur non esse pluuiã cras est falsum. qꝛ nullum illorũ. scꝫ cras pluet
et cras nõ pluet est verũ vel falsum. ergo locus a ꝯtradictorijs non valet
negatiue arguendo in ꝓpõnibꝫ contradictorijs. Tertio sic. Non sequit̃
homo est animal. ergo non homo est non animal. et tamen ibi arguitur bñ
a terminis contradictorijs. ergo ille locus nõ tenet affirmatiue in terminis
ꝯtradictorijs. Quarto sic. omnia opposita cõtinentur sub aliqua spe
cie cũ nihil est in genere oppõnis quin sit in aliqua specie eius. sed dispata
sunt opposita. ergo ꝯtinentur sub aliqua specie oppositoꝝ. ⁊ sic hic male se-
parantur ab alijs oppositis. Quinto sic. Non sequit̃ Ille homo est pa-
ter. ergo nõ est dñs. ⁊ tamẽ ibi arguitur a dispatis affirmatiue. quia pa-
ter ⁊ dñs sunt spẽs relatõis ab inuicẽ distincte. ergo iste locus nõ tenet af
firmatiue. ¶ Ad ꝑmũ dicitur. ꝙ licet inter esse ⁊ non esse ⁊ omnia con-
tradictoria sit mediũ ꝺm rõem. vt cõtradictio ⁊ relatio mediãs inter ipa
extrema tamẽ inter ipa non est medium ꝺm rẽ de quo verificetur vnum
extremorũ. Ad secũdum dicitur. ꝙ eodẽ modo quo potest esse verum
cras pluuiã esse. sic eodẽ° est falsuꝫ cras pluuiam non esse. qꝛ nulluꝫ est de
terminate verũ qꝛ sunt de futuro contingẽti. sed si vnũ ponitur verũ inde
terminate. reliquum ponit̃ falsum indeterminate. ⁊ sic potest ibi valere lo
cus a cõtradictorijs. Ad tertium dicit̃. ꝙ in illo argumẽto termini cõ
tradictorij subijciunt̃. sed arguẽdo ꝑ istũ locũ debẽt semꝑ p̄dicari. ideo nõ
arguit̃ ꝑ istũ locũ a ꝯtradictorijs Ad quartũ dicit̃. ꝙ licet dispata ꝟtu
aliter includãt aliquã oppositõem eo ꝙ sunt diuersa. Et oĩs diuisio vl̓ di
stinctio ꝺm boetiũ in oppositõe fundat̃. nõ tñ sunt opposita formaliter ꝗ̄-
tum ad suas ꝓprias rõnes. Ad quintum dicitur. ꝙ licet pater ⁊ dñs
in abstracto ⁊ ꝺm suas essentias sint spẽs dispate. tñ in concreto ⁊ ꝺm esse
in subiecto nõ sũt termini dispati. qꝛ illo modo nõ semꝑ dispant̃ vt hic su
mitur dispatio siue separatio

Maius vt hic sumitur est quod superponitur alicui in
virtute et potentia. Minus est quod ei supponitur.
Locus a maiori est habitudo ipsius maioris ad mi

torum abstractiue ab illo eodem remouetur z reliquum. Dicitur notāter abstractiue. qz si cōcretiue sumerent̄ tunc nō sequeretur. quia nō sequitur hoc est albū. ergo nō est quātum. sed bene sequitur hoc est albedo. ergo nō est q̄titas

¶ Postq̄ autor determinauit de locis a cōtrarijs z priuatiue opposit. Hic p̄nr determinat de locis a ɔtradictorijs z de locis a disparatis Et ad cognoscēdū locū a ɔtradictorijs p̄mo diffinit ɔtradictōem dicēs. Contradictio est oppositio cuius s̄m se non est dare mediū. Cuius rō est. q̄a ɔdictio ē ɔdictorioꝝ oppositio. s3 in ɔdictorijs vnū est ens simpl'r z aliud ē nō ens simpl'r. qz vnū dt simpl'r negatiōez alteri⁹ sicut hō z nō hō s3 inter ens z non ens non potest dari mediū. qz om̄e qd apprehendit̄ aut est ens aut aliud ab ente. Ideo in ɔtradictiōe nō potest dari mediū. Et hoc cōuenit sibi s̄m se z inq̄tum est p̄ma oppō z p̄ncipalis z nō p participatōem ab aliqua oppōne pori. ideo p hoc ipa differt ab alijs.

¶ Sciendum p̄mo q̄ duplex est ɔtradictio. qz q̄dā est ɔtradictio modoꝝ enūciandi vel ꝓpōnum z de ꝓpōib⁹ ɔtradicentib⁹ satis dictum est in p̄mo tractatu. Alia est ɔtradictio terminoꝝ seu reꝝ de qua determinatū est in postpredicamēt. vt sunt termini ɔtradictorij quoꝝ vnus dicit simpliciter negatōnem alterius. vt hō z nō homo. sedet z non sedet. et sic de silib⁹. z s̄m vtrāq3 ɔtradictōem sumitur locus dialecticus z vtrisq3 ɔuenit diffinitio p̄posita. Sed in ɔtradictōne ꝓpōm debet argui respectu horum p̄dicatorum verū z falsum. In alia aūt arguit̄ ab affirmatiōe vnius ɔtradictorioꝝ ad negatōem alterius de aliquo subiecto vel econtra.

Sciēdum secundo. q̄ locus a ɔtradictorijs est habitudo vnius contradictoriorum ad reliquum. Et tenet affirmatiue arguendo sic. sortez currere est verū ergo sortem non currere est falsum. Maxima. si vnū ɔtradictoriorum sit verum reliquū eoꝝ erit falsum. Et in terminis ɔtradictorijs arguitur sic. sic. sortes est homo. ergo sortes non est nō homo. Maxima. posito vno ɔdictorioꝝ in aliq̄ subiecto ab eodē remouet̄ reliquū Cuius rō est. qz vnū ɔtradictorioꝝ importet negatōem alterius. Ideo non pn̄t de eodem verificari Et tenet negatiue iste locus formando argumenta et maximas p oppositū ad precedentes. Et non solū valet iste locus in simplici ɔsequentia. s3 etiā valet in ɔn̄tia in ecō trario que est qn̄ in aliqua cōsequētia ex an̄te sequit̄ ɔsequēs et ex opposito ɔn̄tis infert̄ oppositu3 an̄tis. vt hic si homo est aīal est. ergo si non est aīal non est hō. sed p istū locū nō valet ɔn̄a in ipso q̄ est qn̄ in aliqua ɔsequentia ex opposito an̄cedentis infert̄ oppositū ɔsequentis. s3 ista ɔsequentia solū tenet in alijs oppositis a contradictorijs vt bene sequit̄. si iusticia est ꝟtus est. ergo si iniusticia est viciū est vel iusticia est virtus ergo iniusticia est vicium ¶ Sciendū est tertio. q̄ disparata sunt illa que de se inuicem verificari non possunt. vt homo et asinus. Et dicuntur disparata a dis qd est diuersum z sepatus ta. tū quasi diuersa entia ab inuicem sepata. Ratione cuius non possunt de se inuicem verificari. qz in vera predicatione requirit̄ predicatu3 inesse subiecto. z ge

est quod supponit alteri in virtute vel potentia q̃ʒtum ad verificationem
locutionis. eo ꝙ minus videtur conuenire cum aliquo extremo propositi
onis q̃ʒ ipm maius sicut miles minus conuenit cum illo antecedente. scʒ
debellare ciuitatem q̃ʒ rex. ⁊ hoc vltimo modo capitur hic maius et mi/
nus. ¶ Sciendum primo. ꝙ locus a maiori est habitudo maioris ad
minus ⁊ tenet negatiue tm̃. vt rex non potest debellare ciuitatē. g̃ nec mi/
les. Maxima. si illud qđ videtur magis inesse nō inest ergo nec illud qđ
minus videtur inesse inest. Et econtra. locus a minori est habitudo mi/
noris ad maius. Et tenet affirmatiue tm̃ ⁊ non negatiue. vt bene sequit̃
miles potest debellare ciuitatem. ergo et rex. Maxima. si illud qđ minus
videtur inesse inest ⁊ illud quod magis videtur. Et in isto loco potest ar
gui tripliciter. Primo cōparando duo subiecta ad vnū predicatum. vt in
exemplo dato. Secūdo ꝯparando vnum subiectum ad duo predicata. vt
rex debellare potest ciuitatem. ergo castrum. Tertio comparando duo sub
iecta ad duo predicata. vt miles potest debellare castrū. ergo rex ciuitateʒ
Et similiter variant̃ argumenta tripliciter in locis a maiori ⁊ minori a si/
mili ⁊ a proportione. Sciendum scđo. ꝙ sil'itudo est rerum dr̃ntiū ea/
dem qualitas ⁊ non sufficit eadem qualitas in genere. q: sic album et ni/
grum eēnt similia nec requiritur eadē qualitas in nūero. quia res differen
tes numero habēt diuersas qualitates in nūero. quia accidens materiali/
ter variatur ꝛm nūerū sui subiecti sʒ requirit̃ eadē q̄litas in spē. sicut duo
alba dicuntur sil'ia in spē ⁊ non capitur similitudo ꝓprie pro similitudine
accidentali que est rerum differentiuʒ eadem qualitas accidentalis. sʒ ge
neraliter capitur tam ꝑ sil'itudine accidentali q̃ʒ eētiali. ex q̄ diffinitōne p̄
dicta patet. vbicūqʒ est similitudo ibi est dissil'itudo. q: sil'itudo est rerum
dr̃ntiū ⁊ res differētes habēt dissil'itudinē inter se. ¶ Sciēduʒ tertio. ꝙ lo
cus a simili est habitudo vnius similiū ad reliquum. ⁊ tenet affirmatiue ⁊
negatiue. Affirmatiue sic. sicut animal inest hoī sic sil'iter equo. sed inest
homini. vt genus ergo inest equo vt genus. Maxima. de sil'ibꝫ idem est
iudicium et ratio est. q: quicq̄d vni similiū conuenit inq̃ʒtum sil'e est etiaʒ
cōuenit alteri. q: si sibi non cōueniret eēt dissimilitudo. Et per istū locum
semꝑ debet argui a sil'ibꝫ inq̃ʒtum sil'ia sūt ⁊ inq̃ʒtum dissimilia Negatiue
sic. sortes non est hinnibilis. igitur nec plato. Maxima. quicquid remoue
tur ab vno sil'ium inq̃ʒtum sil'ia sunt remouetur ⁊ ab altero. Sciendū
quarto. ꝙ ꝓportio est rerū differentiū respectu alicuius eadem cōparatio vl'
habitudo. sicut est comparatio duorū ad quatuor ⁊ triū ad sex. ibi em̄ est si/
milis cōparatio. q: vtrobiqʒ compar̃ medietas ad suū totū. Et locus a ꝓ
portione est habitudo vnius ꝓportionabilium ad reliquū. Et tenet affir/
matiue sic. sicut se habent quatuor ad duo ita sex ad tria. sed quatuor sunt
dupla duorū. ergo sex sunt dupla trium. Maxima de ꝓportionabilibꝫ si/
mile est iudiciū. Et tenet negatiue sic. sicut se habent duo ad tria ita qua
tuor ad sex. sed duo non sunt dupla trium. ergo quatuor non sunt dupla
sex. Et per istum locum potest argui a transsumpta ꝓportione hoc modo
sicut se habēt duo ad quatuor ita tria ad sex. igit̃ sicut se habēt duo ad tria
ita quatuor ad sex. sed duo excedunt meditateʒ trium. ergo quatuor exce
dunt medietatem sex. ☞ Contra predicta arguit̃ ꝑmo sic. nō seq̄tur

nus. et est semp destructiuus. vt rex non potest expugnare castrum ergo nec miles. Locus a maiori maxima Si illud qd magis videtur inesse non inest. nec id quod minus videtur inesse inerit. Locus a minori est habitudo minoris ad mai9 et est semper constructiuus. vt miles potest expugnare castrum ergo et rex. Locus a minori maxima. Si id quod minus videtur inesse inest et id quod magis videtur inesse inerit. Similitudo est rerū differentium eadē qualitas. locus a simili est habitudo vnius similium ad reliquū. et tenet constructiue et destructiue. Constructiue sic. sicut risibile inest homi. ita hinnibile inest equo. sed risibile inest homini vt propriū ergo hinnibile inest equo vt proprium. Locus a simili maxima de silibus idem est iudiciū Destructiue sic. sicut risibile inest hoi. ita hinnibile inest equo. sed risibile non inest hoi vt genus ergo nec hinnibile inest equo vt genus. maxia de similibus idem est iudicium. Proportio est rerū differentium eadem habitudo. locus a ꝑportione est habitudo vnius proportionabiliū ad reliquum. vt sicut se habet rector nauis ad nauē ita se habet rector scholariū ad scholas. sꝫ in naui regenda eligendus est rector nō sorte sed arte. ergo in scholis regendis eligendus est rector non sorte sed arte. Maxima. de ꝑportionabilibus idem est iudiciū. differt aūt iste locus a loco a simili. qꝛ in loco a simili sumit̄ ꝯparatio ſm similitudinē inherentie. vt sicut risibile inest hoi. ita hinnibile inest equo. in loco aūt a proportōne non attēdit̄ siłitudo inherentie. sed ꝯparatio habitudinis. vt sicut se habet rector nauis ad nauem. ita se habet rector scholariū ad scholas.

Postq̄ autor superius determinauit de locis ab oppositis. Hic consequenter determinat de locis a maiori. a minori. a simili. et a ꝑportione. q̄ habēt inter se aliquam ꝯueniētiam. Et ad cognoscendū locum a maiori ꝛ minori. primo explicat quid sit maius ꝛ minus. Et maius potest capi dupliciter. Uno modo proprie. vt est illud qd supraponit̄ alteri in potentia vel virtute q̄tum ad opatōnem aliquā. vt rex supraponit̄ militi Et econtra. minus est qd supponit̄ alteri in virtute vel potētia q̄tum ad aliquam operationem. vt comes supponitur regi. Alio modo capitur maius qd excedit alterum in potentia vel virtute q̄tum ad verificationem locutionis. eo q̄ habeat maiorem habitudinem ad aliquod extremum propositionis et magis sibi videtur conuenire q̄ alteri. Et econtra minus

mine minus noto. Differt aũt iste locus a loco a noı̃s inter/
pretatione. q̃ in loco a noı̃s interpretatione accipit̃ defini/
tio siue expositio noı̃s. vt si exponat̃ hoc nomen ph̃us ꝑ hoc
quod est amator scientie. In loco aũt a transsumptõe nõ ac/
pitur expositio siue descriptio noı̃s. sed pro vno noı̃e minus
noto accipit̃ aliud nomen magis notum per qđ faciliter p̃t ꝓ
bari ꝓpositum. Autoritas vt hic sumit̃ est iudiciũ sapiẽtis
in sua scientia. Unde iste locus solet denomı̃ari a rei iudicio
Locus ab autoritate est habitudo autoritatis ad aliud qđ ꝑ
eam ꝓbatur. et tenet ɔstructiue solum. vt astronimus dicit ce
lum esse volubile. ergo celũ est volubile. Locus ab autorita/
te maxima. Unicuiq꜄ experto in sua scı̃a credendũ est

Postq̃ꝫ autor determinauit de locis a maiori. a minori. a simili. ⁊ a pro/
portione. Hic ɔsequẽter videndũ est de locis a transsumptõe. ⁊ ab autori/
tate. Et ꝓ cognitõe loci a trãssumptõe p̃mo diuidit transsumptõem dicẽs
ꝙ duplex est transsumptio. Quedã trãssumptio est quãdo dictio vel oratio
ꝓprie vnũ ſ̃cans transsumit̃ ad ſ̃candum reliquũ ꝓpter si̾litudinem in ipsis
repertam. vt ridere ꝓprie ſ̃cat actũ oris ⁊ transsumitur ad ſ̃candũ idem qđ
florere. i. p̃to eo ꝙ vbiq꜄ est si̾litudo letitie. Secũda ẽ. qñ res ſ̃cata sub noı̃e
minus noto transsumit̃ pro noı̃e magis noto. vt si ponatur sapiens ꝓ ph̃o
Et differũt iste due transsumptiões. q̃ in p̃ma sumit̃ vna vox pro diuersis
rebꝫ. In secũda vero sumũtur diuerse voces pro vna re tm̃. A p̃ma sumit̃
locꝰ sophisticꝰ. a 2° locꝰ dialeticꝰ. iđ de secũda ẽ h̃ ad ꝓpositũ. ¶ Sciẽdũ p°
ꝙ locus a transsumptõe est habitudo vnius noı̃s magis noti ad noı̃ẽ mi
nus notum. et tenet quatuor modis. scꝫ subijciendo nomen magis notum
affirmatiue. vt sapiens currit. ergo ph̃us currit. Maxima. Quicq̃d ɔuenit
alicui sub noı̃e magis noto ɔuenit etiã sibi sub noı̃e minus noto. Cuius rõ
est. q̃ nomen magis notũ ⁊ nomen minus notũ in transsumptõe idẽ dicũt
realiter ⁊ ɔuertibiliter. Ideo quicq̃d verificat̃ de vno etiaꝫ de altero. Et de
quocũq꜄ predicatur vnũ siue affirmatiue siue negatiue ⁊ reliquũ. Secundo
p̃dicando affirmatiue. Tercio subijciendo negatiue. Quarto p̃dicando ne
gatiue. et possunt formari argumenta et maxime sicut in p̃mo modo arguẽ
di ¶ Sciendũ secũdo. ꝙ ſ̃m aliquos locus a transsumptione ponitur lo
cus intrinsecus. Cuius rõ est. q̃ nomen magis notum ⁊ nomen minꝰ no
tum important eandem rem essentialiter ⁊ ɔuertibiliter. ⁊ ꝓpter illam vni/
tatem ⁊ idemptitatẽ rei significate valet ɔsequẽtia ab vno ad reliquũ. ideo
terminus inferens in illo loco ratione ɔuenientie ⁊ non differentie h̃ꝫ vir
tutem inferendi terminũ illatũ. Sed ſ̃m boetiũ ⁊ petrũ hyspanũ ponit̃ locꝰ
extrinsecus. q̃ licꝫ nomen magis notũ ⁊ minus notũ in transsumptiõe ean
dem rem importãt. tñ sumitur ꝓbabilitas ex ꝑte noı̃s magis noti inq̃ꝫtũ
est magis notũ. et ꝙ sit magis notũ alio nõ est ex parte rei ſ̃cate sed ex parte
noı̃s. Ideo terminus inferens ſ̃m ꝙ ab ipso sumitur virtus probatiua est

deus nō pt peccare.ergo hō non pt peccare.z tñ ibi arguif a maiori negatiue. Scdo sic.nō sequif sortes pt portare decē libras.ergo potest portare centū.vel potest trahere paruā nauem.ergo z magnā.z tñ arguif a minori affirmatiue. Tercio sic. silitudo nō est qualitas sed rela°.ergo nō est rex differentiū eadē qualitas. Quarto sic.nō seqtur.sicut oculus est in corpore ita intellectus est in aīa.sed oculus est pars integralis corporis.ergo intellectus est pars integralis aīe.z tñ ibi arguif affirmatiue p locū a sili.ergo nō valet locus a simili. Quinto sic.sicut se hȝ sonus ad auditū ita color ad visum.sed sonus pcipitur ab auditu in tenebris.ergo color a visu pcipif in tenebris.z tñ ibi arguif p locum a pportione affirmatiue.ergo iste locus nō valet. Ad pmū dr.q ibi nō arguif a maiori ad minus negatiue.quia quis deus excedat hominē qntum ad virtutē operandi.nō tñ qntum ad cōuenientiā z habitudinē cū illo extremo peccare.ideo nō est maius in virtute qntum ad verificatōem locutōis respectu illius extremi.qr sibi nō videf magis inesse q homini.eo q nullo mō sibi inest. Ad scdm dr q ibi nō arguitur a minori.qr ibi nō arguif ab illo qd videf minus inesse.vel qd hȝ minorē apparētiā virtutis. Ad terciū dr.q licȝ silitudo nō sit formaliter qualitas tñ dr qualitas materialiter.qr qualitas est materia z fundamentū eius.qr est eius pximū vel pmū fundamentū. Ad quartū dr.q ibi nō arguif a silibꝫ inqntum similia sunt.ideo nō arguif p locū a sili.vnde in hoc pueniūt oculus z intellectus.qr vtrūq dr pars.sed in hoc differūt z habēt dissilitudinem q oculus est pars qntitatiua z integralis.intellectus vero est pars potestatiua.vñ nō sequif hñt silitudinem in aliquo.ergo hñt silitudinē in isto.et sic ibi nō arguif p locum a sili. Ad qntum dr q ibi nō arguif iter pportionabilia inqntum hñt pportōem.sed inqntum hñt disparatōem.qr sonus et color in hoc hñt pportōem qr vtrūq est obiectū vnius sensus.sed habent disproportōem z dissilitudinē in mō quo sentiuntur ab ipsis sensibꝫ.qr color nō diffundif ad visum nisi p mediū illuminatū.sonus vero diffundif sine lumine p mediū qd pt faciliter diuidi z rarefieri.sicut p aerē ignē z aquā

Transsumptio est duplex.quedam em̄ est quando dictio vel oratio vnū significans transsumif ad significandū aliud propter similitudinē aliquam in eis repertam.vt hec dictio ridere transsumif ad fcandum florere cum dicif pratū ridet Siliter oratio transsumitur cū dr littus aratur.i.opus pdif. sicut solet dici cum quis inuanū laborat.et hec transsumptio pertinet ad sophistam. Alia est quādo nomen magis notum sumif p noīe minus noto.vt si debeat pbari q phylosophus nō inuidet z fiat transsumptio ad hoc nomen sapiens.et ista transsumptio pertinet ad dyalecticum. Locus a transsumptione est habitudo transsumptōis ad transsumptum. vt sapiens non inuidet.ergo phus non inuidet. Maxima. Quicqd alicui puenit sub nomine magis noto eidem cōuenit sub no-

Ad quartū dr q ibi nō arguit ab autoritate. qr Arestoteles non dr hoc
incertum exptus in sua scientia nec in hoc tenet Ad qntum dr q ibi nō ar
guit negatiue p istū locū. qr hoc verbū dicit importat autoritatē. et ad hoc q
neget autoritas oportet q neget ipm ad arguendū negatiue. qd tn fit in il-
lo argumento. sed ibi arguit affirmatiue. et est bona ꝯña

Equit de locis medijs. Quid autē sit locus medius
dictū est. Locoꝝ medioꝝ alius a cōiugatis. alius a
casibꝫ. alius a diuisione. Cōiugata et casus differūt
sic. qr vniuocū pncipale siue abstractū qd idem est dr ꝯiuga-
tum cū suo denoīatiuo. vt iusticia et iustū albedo et albū. Ca
sus aūt dicūtur ea que cadūt a pncipali. vt iustū et iuste a iu
sticia. Et drñam hanc designat Arestoteles in secūdo topi-
coꝝ. Locus a ꝯiugatis est habitudo vnius coniugatoꝝ ad
reliquū. vt iusticia est bona. ergo iustū est bonū. Locus a cō
iugatis Maxima Quicquid ꝯuenit vni ꝯiugatoꝝ ꝯuenit et
reliquo. Et si vnū ꝯiugatorum inest et reliquū. Locus a casi
bus est habitudo vnius casus ad reliquū. vt iustū est bonū
ergo quod iuste fit bene fit. Locus a casibꝫ Maxima. Quod
vni casui ꝯuenit cōuenit et reliquo. Et ecōuerso sumit argu
mentū a casibꝫ et a ꝯiugatis.

Postq̄ autor superius determinauit de locis extrinsecis. hic ꝯsequen-
ter determinat de locis medijs. Cuius rō est. qr mediū per participatiōem
psupponit cognitiōem suoꝝ extremoꝝ. qr sine illis faciliter cognosci non pt.
sed locus medius est medius p participatiōnem respectu loci intrinseci et ex-
trinseci. ideo ꝯuenienter post determinatiōez de locis intrinsecis et extrinsecis
autor hic determinat de locis medijs. Et psupposita definitione loci medij
autor sic diuidit locū mediū. qr alius est a ꝯiugatis. alius a casibꝫ. alius a di
uisione. Et pmo de loco a ꝯiugatis ¶ Sciendū pmo q ꝯiugata sunt ꝯcre
tum et abstractū. siue abstractū et suū denoīatiuū. vt iusticia et iustus. et dicū
tur ꝯiugata quasi sub vno iugo fcatōis posita. qr ꝯcretū et abstractū ꝯue-
niūt in re fcata. nā eandē formā important. vt albedo et albuz. Sed differūt
in modo fcandi. qr abstractū fcat illam formā sine cadentia ad subiectum
Concretum vero significat illam formam cum cadentia ad subiectum. et
de istis dictum est in definitione denominatiuorum. ¶ Sciendum est se
cūdo q locus a coniugatis est habitudo vnius ad reliquū. et tenet construc
tiue. vt iusticia est virtus. ergo iustus est virtuosus. Maxima Si abstrac-
tum predicetur de abstracto. et concretum de concreto. Cuius ratio est. qr
coniugata realiter idē significant. ideo si abstractū de aliquo verificet. oprtet
cretū de alio verificari. Non tn pt in istis argui respectu eiusdm pdicari. qr
qr ꝯcretū et abstractū ptim drnt et ptim ꝯueniūt. ideo nō oprz vnū et idē pdi
catū verificari de ambobus sub eodem modo significādi. vt non sequitur

extrinsecus termino illato.qr terminus inferens est magis notus ꝙ termi/nus illatus.et sub tali rõne differt ab ipso vt sibi est extrinsecus. Et vtraqꝫ opinio est ꝓbabilis ¶ Sciendũ tercio.ꝙ autoritas est iudiciũ siue dictuꝫ sapientis in sua scientia experti.vt cũ dicit᷑ astronimus iudicat soleꝫ esse maiorem tota terra. Hec ꝓpositio sic iudicata vel dicta ꝑ astronimũ dicit᷑ autoritas eius sic ꝙ om̄e iudiciũ a tali sapiente requirit᷑ in tali ꝓpõne esse forma/le autoritatis. Vñ ꝓpter excellentiam sapientie scꝫ respondentis vel cogni/onem alicuius sapientis ꝓpositio ab eo data accipit quãdã euidentiã veritatis rõne cuius magis credit᷑ ab alijs ꝙ si non esset dicta ab eo vel a tali sapi/ente.et talis credulitas veritatis in ꝓpõne dicta noĩat autoritatẽ. Dupliciter tamen sumit᷑ autoritas. Uno mõ pro excellentia cognitionis alicui⁹ sa/pientis. Alio mõ tam pro apparentia ꝙ excellentia veritatis quã sumit ꝓ/positio ꝑ hoc qd dr vel iudicatur esse vera a tali sapiente. ¶ Sciendũ qr/to ꝙ locus ab autoritate est habitudo autoritatis ad ꝓpõneꝫ cui ꝯuenit au/toritas.et tenet affirmatiue tm̃.vt astronimus dt solem esse maiorẽ tota terra.ergo sol est maior tota terra. Maxima. Unicuiqꝫ experto credenduꝫ est in sua scĩa. Cuius rõ est.qr si sapiens dicat aliquã ꝓpõnem inq̃tum sapiẽs est ⁊ expertus in sua scĩa.tũc opꝫ illam ꝓpõnem esse veraꝫ.qr si diceret ali/quã ꝓpõnem falsam in hoc nõ esset sapiens vel exptus. sed non tenet iste locus negatiue.qr nõ seq̇tur. Aresto.nõ ponit decẽ orbes celestes .ergo nõ sũt decẽ celi. Contra ꝑdicta arguitur ꝑmo sic.ab vnitate signati sumit᷑ vnitas signi.ergo vnius rei signate nõ sunt plura noĩa eiusdẽ rei.⁊ sic male ponit᷑ secũdus modus trãssumptiõis. Scdo sic.nõ seq̇tur.hõ est aĩal.ergo humanitas est aĩal.et tñ ibi arguit᷑ a transsumptõe.qr hõ ⁊ humanitas idẽ sunt.⁊ hõ est nobis magis notũ .ergo locus a transsumptõe nõ valet affir/matiue Tercio sic.ꝓpositio nõ accipit veritatẽ ab homine dicente vel iu/dicante ipsam verã.qr ꝓpter nostruꝫ affirmare vel negare nihil mutat᷑ in re ergo ꝓpter autoritatẽ dicentis nõ iudicabit᷑ veritas ꝓpõnis. ergo a tali autoritate nõ sumit᷑ locus dyaleticus. Quarto sic.nõ sequit᷑ ꝑhus dt mũduꝫ esse eternũ ⁊ non incepisse.ergo mũdus nõ incepit.⁊ tñ ibi arguit᷑ ab autori/tate affirmatiue.ergo nõ valet affirmatiue. Quinto sic bene sequit᷑.ꝑhs dicit tempus nõ fuisse ante motũ.ergo tempus nõ fuit ante motũ.⁊ tamen ibi arguit᷑ ab autoritate negatiue.ergo locus ille bene valet negatiue.

¶ Ad primũ dr.ꝙ licet ab vnitate signati sumit᷑ vnitas formalis in esse ipsius signi.non tamen sumitur vnitas materialis. Ideo possunt esse vni⁹ rei plura signa in numero.licet conueniant in vna specie signi significãtia aliquid per modum signi Ad secũdum dicitur.ꝙ licet homo et humanitas significant idem ꝫm essentiam .non tamen sub eodem modo essendi.quia humanitas significat essentiam hominis abstractiue et non per respectum ad sua supposita.homo vero significat essentiam concretiue ⁊ per respectuꝫ ad supposita. Ideo inter illa duo nomina non est transsumptio.cum duo nomina in transsumptione habeant vnum significatum ⁊ sub eodem esse qua/re ibi non arguitur per istum locum Ad tercium dicitur ꝙ licet oratio dicta a sapiente non capit ab eo veritatem.tamen ab eo sumit apparentiã sue veritatis.ratione cuius apparentie efficitur talis propositio probabilis et vera alijs hominib⁊.quia ab ipso sumitur locus dyaleticus

arguitur per istũ locũ. Nec etiam seq̃tur arguendo affirmatiue sit quantũ est quale. ergo quãtitas est qualitas. Ad quintũ dicit̃ q̃ locus a casib⁹ et a coniugatis nõ tenet in p̃dicatõnibus ꝑ accidens sed solũ in p̃dicatõne per se. modo dicendo. iustus est liberalis. ibi est p̃dicatio per accidens. ergo ibi non debite arguit̃ per locum a casibus.

Diuisionum alia fit per negatõnem. vt sortes est homo aut nonhomo. Alia fit non per negatõnem ⁊ hec fit sex modis. tribus per se ⁊ tribus per accidens. Prima diuisio per se est generis in species. vt animaliũ aliud homo aliud brutuꝫ Secunda est totius integralis in suas partes. vt domus alia pars est paries alia tectum alia fundamẽtum. Tercia vero est vocis in significata. vt canum alius latrabilis alius piscis marinus alius sidus celeste. Diuisionũ vero per accidẽs Prima est subiecti in accidentia. vt aialium aliud sanum aliud egrum. Secunda diuisio est accidentis in subiecta. vt sanorũ aliud brutũ aliud homo. Tercia est accidentis in accidentia. vt sanorũ aliud calidũ aliud frigidũ. Locus a diuisione est habitudo vnius condiuidentiũ ad reliquũ. vt si sortes ẽ aĩal aut ẽ al'rõnale aut irrõnale. sed nõ ẽ irrõnale ergo rõnale Locus a diuisione. Maxima. posito vno membrorum diuidentiũ in aliquo subiecto remouetur reliquũ. ⁊ similiter in qualibet diuisione. Et hec de locis dicta sufficiant

Postq̃ʒ autor determiauit supra de locis a cõiugatis ⁊ a casibus. Hic ꝯñter determinat de locis a diuisione. rõne cuius sic diuidit species vl' modos eius ip̃am diuisionẽ sic diuidens. quia diuisionũ quedã fit per negatõnem. vt dicendo lapis est homo vel nonhomo. Alia vero per affirmationẽ vt aĩaliũ aliud rõnale. aliud irrõnale. Et ille due diuisiones sic inter se differunt. quia diuisio que fit ꝑ negatõeʒ semꝑ fit per duo membra tm̃. ⁊ datur per ĩmediata. quia datur ꝑ contradictoria ⁊ĩ inter contradictoria nullũ est medium. sed diuisio que fit per affir. quandoq̃ʒ fit per duo membra ⁊ q̃nq̃ʒ per plura. nec fit semꝑ per opposita simpl'r. licet membra diuisionis in se includant quandã oppositionem nec semper fit per ĩmediata. qd̃ patet dicendo coloratorum aliud album aliud nigrum aliud medio colore coloratum

Sciendum primo. q̃ diuisio facta per affir. iterũ diuidit̃. quia quedam est diuisio per se. alia per accidens. diuisio per se fit tribus modis. q2 quedã diuisio generis in species per differentias vt aĩaliũ. aliud homo aliud brutum. vel aĩaliũ aliud rõnale aliud irrõnale. Alia est diuisio vocis multiplicis in suas s̃ĩcatõnes. vt canũ alius latrabilis. alius sidus celeste. alius piscis marinus. alia ẽ diuisio totius integralis in suas ꝑtes integrales. vt domus diuidit̃ ꝑ tectũ. parietẽ ⁊ fundamẽtũ. Sciendũ secũdo. q̃ diuisio ꝑ accidens sil'r est triplex. Prima ẽ diuisio subiecti in accidentia. vt aĩalium

iusticia est virt⁹.ergo iustus ē virtuosus.ꝛ tenet negatiue sic iniusticia nō ē virtus.ḡ iniustus nō est virtuosus.Maxīa.si abstractū de abstracto negetur ꝛ concretū de concreto Sciendū tercio.ꝙ casus dicunt̄ adiectiuū nominis ꝛ suū aduerbiū. vt iustus ꝛ iuste.fortis ꝛ fortiter ꝛc̄ꝗs. Et dicūtur casus a cadendo.qꝛ cadūt ab vno ꝑncipali.s.a noīe abstracto vt iustus ꝛ iuste a iusticia. Et licet inter cōiugata vnū cadat ab alio nō tñ ambo cadunt vno tercio.sicut est de casibꝫ.ideo licꝫ ꝯcretū ꝛ suū aduerbiū pn̄t dici cōiugata q̄tū ad id a quo sumit̄ nomē vel q̄tū ad rōnē impositōnis noīs.qꝛ sunt ambo sub vno iugo ꝑcatōnis posita.tñ q̄tū ad id cui nomē imponit̄ non dicunt̄ cōiugata sed magis ꝓprie casus noīant̄ Sciendū quarto.ꝙ loc⁹ a casibꝫ est habitudo vni⁹ casus ad reliquū.ꝛ tenet affirmatiue sic iust⁹ est virtuosus.ḡ ꝙ iuste fit virtuose fit. Maxima si cōcretū ꝑdicet̄ de cōcreto et aduerbiū de aduerbio.Negatiue sic.fortis nō est debilis.ḡ qd̄ fortiter fit non debiliter fit.Maxima.si cōcretū de cōcreto neget̄.ꝛ aduerbiū de aduerbio.eo ꝙ eandem rem important licet diuersimode.Et vocat̄ iste locus a casibꝫ in plurali.qꝛ arguendo ꝑ istū locū ponūtur plures casus tam in antecedente q̄ i ꝯn̄te ꝛ sil'r de ꝯiugatis Cōtra ꝑdicta arguit̄ ꝑmo sic.Abstractū est causa formalis cōcreti vt albedo albi.ḡ arguendo ab abstracto ad cōcretū est locus a causa formali.ꝛ locus a causa formali est intrinsecus ergo iste locus a cōiugatis nō est locus medius. Secūdo sic.nō seq̄tur homo est aīal.ḡ humanitas est aīalitas.cū an̄s sit verū ꝛ ꝯn̄s falsum.ḡ locus a coniugatis nō tenet affirmatiue. Tercio sic.nō seq̄tur cecitas ē insensibilitas.ḡ cecus est insensibilis cū an̄s sit verū ꝛ ꝯn̄s falsum.ḡ iste loc⁹ tenet affirmatiue. Quarto sic.Nō seq̄tur q̄titas nō est qualitas.ḡ q̄tum non est quale vel albedo non est dulcedo.ḡ albū nō est dulce.ḡ locus a cōiugatis nō tenet negatiue Quinto sic.Nō seq̄tur iustus est liberalis.ergo qd̄ iuste fit liberaliter fit.cū an̄s posset esse verū ꝯn̄te existente falso ergo locus a casibꝫ nō tenet affirmatiue ꝛc̄. ☞ Ad primū dicit̄.ꝙ si cōsideret̄ abstractū inq̄tū ē forma cōcreti ꝛ sibi dat esse.sic est causa formalis eius ꝛ facit locū a causa formali.sed si consideret̄ vt partim cōuenit cuꝫ ipo scꝫ in re ꝑcata ꝛ partim differt ab ipo scꝫ in modo ꝑcandi sic facit locū mediū ꝛ a coniugatis Ad scd̄m dr̄ ꝙ duplex est abstractū.qꝛ quoddā ē qd̄ abstrahitur a subiecto ꝛ inferioribus suis sicut humanitas animalitas ꝛc̄. Aliud est abstractū qd̄ abstrahit̄ a suo subiecto tm̄.ꝛ non a suis inferioribꝫ vt color vel albedo.ꝛ tale abstractū bene ꝑdicat̄ de suis inferioribꝫ.licet nō de suo subiecto ꝛ arguendo ꝑ locū a coniugatis semꝑ debet argui respectu abstracti.quod abstrahit̄ a suo subiecto tm̄.ꝛ nō respectu alterius qd̄ abstrahit̄ a suis inferioribꝫ qꝛ illud nō pt̄ ꝑdicari de ipis. Jdeo ibi non debite arguit̄ ꝑ istū locū homo est aīal.ergo humanitas est aīalitas.Aīalitas em̄ designat̄ cū precisione subiecti ꝛ suoꝝ inferioꝝ.rōne cui⁹ non verificat̄ de hoīe Ad terciū dr̄.ꝙ si īsensibile negat sensibilitatē cui⁹libꝫ sensus.sic cec⁹ nō ē insensibilis .sꝫ si tantūmō negat sensibilitatē sensus visus sic cecus potest dici insensibilis.ꝛ illo modo bn̄ valet ꝯn̄a Ad quartū dr̄ ꝙ arguendo ꝑ istū locū negatiue a duobꝫ abstractis oportet illa abstracta esse diuersa tam ꝫm essentiā q̄ ꝫm esse. modo qualitas ꝛ quātitas nō sunt diuersa ꝫm esse.qꝛ cōueniūt in subiecto.licet bene ꝫm essentiam sint diuersa.ideo nō

negat potest esse membrū diuisionis ⁊ sumitur ꝓ parte vni⁹ totius. Ad scōm dr̄.ꝙ licet omne totum actuale cōponatur ex partibꝫ in quas diuidit non tamen omne totū potentiale quod est adhuc in potentia ⁊ hoc modo genus est totum suaꝝ specieꝝ. Ad terciū dr̄.ꝙ licet significata accidant voci ſm se cōsiderate. vt est in genere qualitatis. Non tamē accidunt voci significatiue inq̄tum est significatiua entis.⁊ hoc modo dictio equiuoca ē vox significatiua.ideo diuisio eius per suas significatōnes est diuisio ꝑ se et non per accidens. Ad quartū dr̄.ꝙ licet oīs diuisio ꝑ se fiat in partes totius non tamen diuisio per accidens.sed sufficit ꝙ fiat ꝑ accidentia q̄ determinant ipm totum ad diuersas partes ei⁹. Ad quintū dr̄ ꝙ in loco a diuisione oportet ponere affirmatōnem diuisi cum negatōne vel affirmatione vnius membroꝝ diuisionis de subiecto cōsequētis qd̄ tamē nō fit in isto argumento.q̄a aīal ibi non affirmatur de lapide.ideo non bene arguit per locū a diuisione. Et hec de locis dyaleticis dicta sufficiant.

Sextus tractatus

Illogismoꝝ alius

demonstratiuus.alius dyaleticus.alius sophisticus siue litigiosus. Syllogismus demonstratiuus est qui ex primis veris ⁊ imediatis est syllogisatus. aut ex talibus que ꝑ aliqua pma vera pncipiū sue cognitōis sumpserūt. Dyaleticus est q̄ ex ꝓbabilib⁹ ē syllogisatus. Sophisticus vt diffinit ab arestotele in elenchis est q̄ apparet esse syllogismus et non est. aut qui est syllogismus sed nō est cōueniens rei.

Iste est sextus tractatus magistri Pe.hy. In quo postq̄ in p̄cedenti determinauit de syllogismo dyaletico.cōsequenter determiat de syllogismo sophistico. Cui⁹ ordinis rō est.q̄a syllogismus dyaleticus fit ex ꝓbabilibꝫ simpliciter. Sophisticus vero ex ꝓbabilibus apparenter. Et qr̄ ꝓbabile simpliciter p̄cedit ꝓbabile apparens. Ideo oportet syllogismū dyaleticū p̄cedere sophisticū.⁊ sic patet ordo.⁊ qr̄ syllogism⁹ sophisticus est hoc qd̄ pncipaliter consideratur in hoc tractatu ad quod hic oīa cōsiderata habēt reductionem. Ideo est subiectū hui⁹ tractatus. Et licet nominet tractatus de fallacijs non tamen ideo quia fallacia sit eius subiectū.sed quia fallacia ē pncipiū syllogismi sophistici. Est eīn fallacia locus sophisticus. vnde sicut locus dyaleticus est principiū syllogismi dyaletici.ita locus sophisticus est pncipiū syllogismi sophistici. Et per hoc habetur causa materialis huius tractatus. Sed causa finalis eius est perfecta cognitio syllogismi sophistici

aliud sanũ aliud egrũ. Scđa est accñtis in sua subiecta. vt sanoꝝ aliud homo aliud brutũ. Tercia ē diuisio accñtis in accñtia. vt sanoꝝ aliud nigrũ aliud albũ. Sed dicũť iste diuisiones ꝑ accñs. qꝛ mēbra diuisionis nõ per se diuidunt ipm totũ. sed hñt diuidere ipm inq̃ʒtũ accidũt suis ꝑtibꝰ. ꝛ licet diuisio subiecti ſm naturã nõ ſeq̃tur causaliter ex diuisione accidentis. sed magis econtra ex diuisione ꝛ distinctõne subiecti sumiť diuisio ꝛ distinctio partiũ accñtis tñ seq̃tur ex ipa quo ad nos ꝛ rõne oppositõnis eorũdē accñtiũ ad inuicem. Sciendũ tercio q̧ locus a diuisione ē habitudo vnius membroꝝ diuisionis ad reliquũ. ꝛ in diuisione que fit tm̄ per duo membra imediate tenet affirmatiue a positõne vnius membroꝝ ad negatõneʒ alterius. vt sortes est homo vel nõ hõ. sed est homo. ergo nõ est nõ hõ. vel equus est aĩal rõnale vel irrõnale sed ē aĩal irrõnale. g̃ nõ aĩal rõnale. Maxima. posito vno membro diuisionis imediate in aliquo subiecto ab eodeʒ remoueť reliquũ. ꝛ causa ē. qꝛ talia mēbra sunt opposita. Et in tali diuisiõe tenet etiã negatiue. vt sortes est rõnalis vel irrõnalis. sed nõ est irrõnalis ergo est rõnalis. Maxima. remoto vno membroꝝ diuidentiũ imediatorum ab aliquo inferiori eidem attribuiť reliquũ. Sed in diuisione que dať per plura membra q̃ʒ duo semper tenet affirmatiue. ab affirmatõne vnıꝰ ad negatõnem alterius. Sed non tenet semper negatiue, nisi in argumētatione vbi ponitur negatio vnius extremi cum negatõne aliorum ad solam affirmatõnem illius qđ debet predicari vt hec pars domus est paries tectum vel fundamentũ. ergo si non est tectum vel fundamentum est paries. Sciendum quarto. q̧ membra diuidentia huiꝰ diuisionis possunt dupliciter considerari. Uno modo ſm rõnes ꝓprias earum. ꝛ isto mõ semper sunt opposita vel disperata. ꝛ sic ab ipis sumitur locus extrinsecus sc3 ab oppositis vł dispatis. Alio modo consideranť inq̃ʒtum partim conueniunt cum diuiso q̃ʒtum ad rõnes cõmunes ꝛ partim differunt quo ad rões proprias. ꝛ isto modo hic consideranť ꝛ faciunt locum medium vel locum a diuisione. Et quandoq̧ in argumentis istius loci ponitur explicite diuisio alicuius totius. quandoq̧ non explicatur ipa diuisio. sed presupponitur et semper oportet presupponere conuenientiam diuisi cum illo de quo affirmantur et negantur diuidentia. Contra predicta arguitur primo sic. omnis diuisio fit per aliquas partes. sed negatio non est pars alicuius. ergo nulla fit per negatõnem. Secundo sic. Omne totum est compositũ ex partibus per quas diuiditur. quia vnũquodq̧ componitur ex his i quē resoluitur. sed genus non cõponitur ex suis speciebus cum precedat ipas ergo nulla est diuisio generis in suas species. Tercio sic. Significata vocis accidũt voci cũ ipa sit de genere qualitatis ꝛ significata qñq̧ de alio genere. g̃ diuisio vocis in suas significatõnes est diuisio per accidens ꝛ non per se. Quarto sic. Accidentia non sunt partes sui subiecti quia non cõponunt ipsum. ergo cum omnis diuisio sit totius in suas partes sequitur q̧ nulla est diuisio subiecti in sua accidentia. Quinto sic. Non sequitur aĩaliũ aliud rõnale. aliud irrõnale. sed lapis nõ ē aĩal rõnale. ergo ē anĩal irrationale. ergo locus a diuisione non valet negatiue ☞ Ad primum dicitur q̧ licet negatio formaliter ꝛ per se sumpta nõ sit pars alicuius diuisionis. tñ negatio sumpta cum alio inq̃ʒtum fit ex opposito illius quod ipa

In vtroq; peccans est qui nō est in debita forma syllogismi.et ꝓcedit ex p̃re-
missis falsis vel aliq̃ falsa.vt omis hō est aial.lapis est aial.ergo lapis est hō
Et definit̃ sic.Syllogismus sophisticus est sillogismus apparens ⁊ nō exi-
stens Nam si sit peccans in materia tm̄ ⁊ nō in forma apparet esse ex ꝓbabili
bus.et ꝑ hoc apparet dialeticus. Et si sit apparens in forma. vel in vtroq;.
est apparens syllogismus ⁊ nō existens.nec etiā est dialeticus. Et ſm Are
stotelē p̃mo topicoꝝ sic diffinit̃. Est qui ex his que vident̃ probabilia. nō sūt
aūt.et qui ex ꝓbabilibꝫ.aut ex his que vident̃ probabilia est apparens. vbi
ꝑ hoc qđ dr̃ ex his que vident̃ ꝓbabilia.intelligit̃ peccans in materia tm̄ .s;
ꝑ hoc qđ dr̃ ex ꝓbabilibꝫ peccat in forma tm̄.sed ꝑ hoc qđ dicit̃ aut ex his ⁊c̄
intelligit̃ peccans in vtroq; Contra p̄dicta arguit̃ p̃mo sic. syllogismus
tentatiuus est syllogismus.⁊ tamen non enumerat̃ in ista diuisione syllogis
mi.ergo non est sufficiens. Secūdo sic.aliquis est syllogismus falsigra-
phus ⁊ non ponitur in ista diuisione.ergo diuisum excedit membra diuidē
tia Tercio sic.demonstratio per impossibile ꝓcedit ex falsis.q2 capit oppo
situm ꝯclusionis probande cū vna manifeste falsa ad inferendum manifeste
verum.et tamen definitio demonstrationis sibi nō ꝯuenit.et sic nō cōuenit
cuilibet ꝯtento sub definito Quarto sic.syllogismus dyaleticus qn̄q; fit
ex necessarijs.ergo nō semꝑ procedit ex probabilibꝫ Quinto sic.oīe il-
lud qđ nō est existens nullā habet apparentiā.sed syllogismus sophisticus
nō est existens.ergo nō est apparēs.cum apparentia p̄supponit esse.ergo cō-
tra definitionē eius ¶ Ad p̃mū dr̃.ꝙ licet syllogismus tentatiuus ex par
te finis distinguat̃ ab istis syllogismis.non tamen ex parte materie.et quia
ista diuisio sumitur ex parte materie syllogismi.ideo hic non ponitur tenta-
tiuus.Unde syllogismus tentatiuus quandoq; procedit ex necessarijs qn̄-
q; ex probabilibꝫ.quandoq; ex non probabilibꝫ.ex eo ꝙ fit ex his que conce
duntur a respondente.que quandoq; sunt necessaria.quādoq; vero impos-
sibilia. Est eīm syllogismus tentatiuus qui ꝓcedit ex his que vident̃ re-
spondenti esse necessaria.⁊ qui eum inuadit oportet ꝙ ex talibꝫ principijs ꝓ-
cedat Ad secūdum dicitur ꝙ syllogismus falsi graphus quia procedit ex
principijs alicuius scientie male intellectis aut ex oppositis principioꝝ.ideo
fit in eadem materia sicut syllogismus demonstratiuus. ⁊ potest intelligi
per ipsum. Ad tercium dicitur.ꝙ hic non definitur demonstratio in com
muni que diuiditur per demonstrationem ostensiuam ⁊ ad impossibile.sed
definitur pro demonstratione ostensiua tm̄.que diuiditur in demonstratio-
nem propter quid.et in demonstrationem quia est. Et demonstratio pro-
pter quid iterum diuiditur.in demonstrationem potissimam . ⁊ in demon-
strationem non potissimam Et demonstratio quia est.diuiditur in demon
strationem procedentem a causa ad effectum.et per demonstrationem pro
cedentem ab effectu ad causam remotam.et ideo demonstratio ad impossi
bile non continetur sub definito huius definitionis Ad quartum dicitur
ꝙ licet syllogismus dialeticus quandoq; procedat ex necessarijs vel appa-
rentibꝫ sub modo probabilium ⁊ contingentium.tamen non fit ex necessa-
rijs vt necessaria sunt ⁊ inquantum habent necessariam habitudinē ad cō
clusionem.quia sic esset demōstratio.Ideo ille syllogismus semꝑ ꝓcedit ex
ꝓbabilibꝫ vel ex apparentibꝫ tanq̃ ꝓbabilibꝫ Ad quintū dr̃ ꝙ syllogism⁹

